SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
EX
ORIGINALIBUS ALIISQUE
AUTHENTICIS DOCUMENTIS
CONGESTA, NOTIS ILLUSTRATA ET EDITA

a
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN,
Eminentiss. ac Celsiss. Archi Episcopi Princ. Elect. Moguntini Consiliario Eccles. Officiale &c. Insignis Ecclesiæ Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano &c.

TOMUS NONUS.



FRANCOFURTI ET *LIPSIAE*
APUD TOBIAM GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAM UNIVERSITATIS BAMBERGENSIS
MDCCLXXVI.

LECTORI BENEVOLO SALVTEM.

Præter expectationem evenit, ut materia elucidandis Germaniæ Concordatis destinata una cum eorum serie, quæ adhuc e Bibliothecis & Archivis desideramus, sub manu creverit duosque jam Tomos integros adimpleverit; id quod tamen æquo rerum censori nulli erit fastidio. Ea quæ supersunt nunc perlubenter offerimus. In Bibliotheca Mellicensi latent & forsan inserviunt sequentia:

Æneæ Sylvii Epistola ampla de actis per certos annos in concilio (Basil.) per Modum epilogi. Æneas: Petro suo salutem. Scio me tacitus increpans &c. Ex Basilea. 7. Kal. Julii 1437. Cod. ch. f. E. 5.

Cracoviensis universitatis scriptum amplissimum de authoritate concilii gen. supra Papam. In nomine Dni N. J. Christi, qui est via, veritas & vita, Reverendissimo in Christo Patri Dno Swigneo Episcopo Cracoviensi &c. Scriptum est anno 1441. Concilio Basiliensi præsentatum fuit: ch. 4to p. 32.

Coloniensis universitatis scriptum ad Theodoricum Archiep. suum pro concilio Basiliensi. Inc. Ecclesia synodaliter congregata habet supremam jurisdictionem &c. ch. 4to p. 32.

T. II. Analect. monument. vindobon. cl. Kollarii pag. 681. linea 4ta ita lego: & ex totius Ecclesiæ esset voluntas Papæ, & Ecclesia, quam ex Articulo fidei credimus statui &c. Nostrum Ms. sic habet: Et lex totius Ecclesiæ esset voluntas Papæ &c.

Erfordiensis concilii pro concilio Basiliensi contra Eugenium IV. Inc. Reverendissimo in Christo Patri ac DD. Theodorico Dei gratia Moguntinæ Ecclesiæ Archiep. &c. Dicitur hic id scriptum transmissum fuisse ad Concilium Provinciale in Schaffenburg nuper in crastino assumptionis Virginis gloriosæ inchoatum præsenti Anno 1440. manu Weglhemii. ch. 4to p. 32.

Gwil-

Gwilhelmi Saigneti ſtrenui Militis Gubernatoris comitatus Venayſium perſuaſivus compatibilitatis ſacrorum ordinum cum matrimonio. Beatiſſime Pater &c. Scriptum Baſiliæ tempore concilii per fratrem quemdam O. S. P. Profeſſum Monaſt. Mell. in Auſtria (Martinum de Senging) Ao 1734. ch. 4to A. 3.

Gerardi Ep. S. Pontii &c. Ambaſiatorum concilii Baſilienſis propoſitiones factæ coram Karolo Francorum Rege &c. contra concilii Ferarienſis erectionem &c. ch. fol. E. 5.

Scriptum Magiſtri Narciſſi de Perchingl. Doctoris SS. Theologiæ ſolemniſſimi, Vniverſitatis ſtudii Viennenſis ſuper unionem cum ſacro Concilio Baſilienſi Dominorum Electorum Imperii Romani &c. ch. 4to p. 32.

Bulla S. Concilii cum copia ejus de reformartione Monachorum nigrorum. ibidem.

Pariſienſis Univerſitatis Epiſtolæ duæ pro conciliandа pace Eccleſiæ. I. ad oratores Franciæ in Concilio Baſilienſi. Inc. Ven. & circumſpectis viris & Magg. &c. prima vobis gratia. data 1443. 22. Jan. II. ad concilii Baſilienſis Patres. Deflanda unitatis Eccleſia-

ſticæ ſciſſura &c. eadem data man. Conradi de Geiſſenfeld. ch. 4. p. 32.

M. Thomæ de Carcellis & Archidiaconi Metenſ. Juſtificatio ſacri concilii Baſilienſis coram Chriſtianiſſ. Francorum Rege & Delphino &c. in civitate Bituricenſi 1438. Illuſtriſſimi Principes &c. Incumbit Nobis ex legationis officio &c. man. Martini Senging. Mell. ch. fol. E. 5.

Anonymi Scriptum, quod concilium Baſilienſe nec diſſolutum, nec de ſuo conſenſu translatum fuerit. Inc. Jam in hac parte oſtendendum eſt, quod Concilium non eſt diſſolutum &c. Videtur prima pars operis deeſſe. ch. 4. p. 32.

Anonymi Carthuſienſis ad Epiſcopum Bononienſem Cardinalem S. Crucis Epiſtola pro firmitate & valore concilii Baſilienſis. Inc. Reverentiam tam debitam, quam honeſtam ſi mecum ſentitis catholice. man. Conradi de Geiſenfeld. ch. 4. p. 32.

Tractatus Honorati & egregii viri Domini Æneæ Sylvii Senenſis Ssimi Dni noſtri Felicis divina providentia Papæ quinti ſecretarii de rebus conciliaribus. ch. 4. p. 32.

Anonymi breve Scriptum, quid ſit quadragena, Septena & Carena &c. dubitatur, quid

quid in textu decreti concilii Basiliensis intelligatur per quadragenam &c. man. sæc. XV. ch. 4. p. 49.

Henrici Tock canon. Magdeburg. Ambasiatoris Basiliensis concilii collatio facta in oppido Egrensi feria 6ta ante Dom. Jubilate an. 1432. coram Principibus, nobilibus & cæteris de Boemia &c. In nomine &c. duo sunt hic Principes &c. ch. fol. E. 5.

M. Henrici Kaldeisen Ambass. Dñi Moguntini sermo factus Basileæ in die SS. Trinit. in choro majori Ecclesiæ Basileæ. Tres unum sunt. &c. ch. fol. E. 5.

M. Jo. Polmar sermo factus coram S. concilio Basil. in Die S. Michaelis 1430. in hac sacratissima celebritate &c. ch. fol. E. 5.

Johann Archiep. Tarantini Ambass. D. Eugenii PP. IV. concil. Basil. oratio. Humanissimam &c. ch. fol. E. 5.

Joann Abb. Cisterciensis collatio facta in Generali concilio Basil. immediate ante responsionem ad Articulos Boemorum ipsis Bohemis pro tunc ibidem præsentibus ultima Januarii 1433. Inc. Sacros. Basil. Synodus in Spiritu S. &c. ch. fol. E. 5.

Lausanensis Ep. N. Ambasiatoris Concilii (Basil.) collatio ad SS. D. P. Eugenium IV.

ad finem collationis hæc: Papa hæc verba suscepit cum Magna indignatione, & cum nullam habeat rationem, quærit dissolvere per promissiones beneficiorum viris Ecclesiasticis & donationis pecuniarum laicis. ch. fol. E. 5.

Ludovici de Urbe Protonotarius Sed. Apost. collatio facta coram illustrissimo Principe Duce Sabaudiæ pro concil. Basiliensi adversus Eug. P. IV. Illustrissime &c. sancta universalis Ecclesia &c. Cod. ch. fol. E. 5.

Ejusdem esse suspicor duas reliquas in eod. cod. sequentes collationes ad eundem. Prima inc. In nomine &c. Altera: inter cæteras tuæ sublimitatis &c. omnes tres finitæ per Mart. Seng. Mell. Basileæ 1438.

Nicolai Archiep. Panormitani collatio nomine concilii Basiliensis ad electores S. R. Im. facta Francofordiæ post decessum Illust. Sigismundi Imp. Mecum tacitus &c. ch. fol. E. 5.

M. Thomæ de Hasselbach sermo habitus ad concil. Basil. in primo ingressu ipsius ad concilium præfatum nomine universit. Wienensis Reverendissimi in Christo Patres &c. in Spiritu S. ad exaltat. fidei &c. Cod. ch. in 4. A. 5.

Ano-

Anonymi collat. duæ factæ in concil. Basil. Prima: Statis ad ostium. 2da Venit lumen &c. Auctorem suspicor Joan. Keck. Tegernseensem. ch. in 4. A. 5.

Basiliensis concil. Scriptum, quo de Eugenii P. IV. obstinatione graviter queritur, & conatus ejus de dissolvendo concilio irritos declarat. Speravit hactenus hæc sacra synodus &c. ch. fol. E. 5.

Basiliensis con. sessio vigesima sexta cum suis justificationibus. Debet quis diligere &c. confer cum editis Martini Seng. In rubrica prævia ait., citationem contra Eug. P. IV. a concil. Basiliensi factam esse Opus Ludovici de Urbe, cujus haud dubie sunt quoque illius justificationes. ch. fol. E. 5.

Basiliens. concili Epistolæ duæ contra Eug. Papam, ejusque citationem justificationes. Prima: sacrosancta &c. ch. fol. E. 5.

Ejusdem Epistola ad Episcopos, Germaniæ, Sueciæ, Daniæ, & Poloniæ pro reformatione Monachorum nigrorum. Inc. Ven. Magdeburg. Mogunt. &c. Archiepiscopis &c. inter curas innumeras &c. Datum 1437. man. Martini Seng. ch. fol. E. 5.

Ejusdem diversa decreta sparsim inserta cod. ch. 4to R. 34. Ejusdem compacta cum

Bohemis in caufa communionis fub utraque fpecie &c. cum aliis quinque Decretis ad eandem rem fpectantibus. man. fæc. XV. ch. 4to N. 13. & ch. 4. R. 34. a fol. 301. ad 312. ubi auctiora funt.

Bafilienf. concil. Bulla, qua omnibus fidelibus, qui Græcis ad concilium profecturis opem pecuniariam tulerint, indulgentiæ plenariæ impertiuntur. Inc. Sacro fancta Generalis fynodus &c. Vox illa jocunditatis &c. Datum Bafilieæ XVIII. Kal. May 1436. Subjuncta eft praxis has indulgentias pœnitentibus communicandi. ch. 4to G. 17.

Bafilienf. concil. Bulla Pragenfibus transmiffa: ut concorditer in concilio compareant, ac fuper articulos fuos refponderent, & ut ad viam reducerentur veritatis &c. Inc. Sacrofancta &c. compulit nos charitas Chrifti &c. ch. 4. G. 18.

Æneæ Silvii Libellus dialogorum de generalis concilii authoritate & geftis Bafilienfium. ch. 4. P. 32.

Bafil. conc. Bulla de inftitutione fefti corporis Chrifti. Inc. Plasmator omnium &c. ch. 12. L. 25.

Ejus-

Ejusdem Decretum de correctione Calendarii. Saluberrimas ordinationes &c. ch. 4. K. 24.

Christiani Abbatis Mellic. Epistola Apologetica ad universales fideles contra calumniam sibi impactam, quasi cum generali concilio Basiliensi non sentiret. fol. 58. ch. 4. G, 2.

Germanicæ nationis solemnis Protestatio circa quædam puncta & articulos concilii Basil. Inc. in nomine Dni amen. Anno a nativitate ejusdem 1439. indict. II. die vero Jovis 26. Mensis Martii circa vesperam vel quasi Pontificatus SS. in Christo Patris & DD. Eugenii divina providentia Papæ IV. Anno nono in nostrum notariorum publicorum & testium infra Scriptorum adhoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constituti, Reverendissimi in Christo patres nec non Ven. & circumspecti viri & DD. Leonardus Pataviensis & Petrus Augustensis &c. fol. 284. usque 288. Cod. ch. 4. R. 34.

Johann Keck Tegernf. tractatus de legitimitate concilii Basiliensis & justa Eugen. IV. P. M. depositione &c. subjuncta sunt varia decreta concilii Basil. contra Eugen.
ejus-

ejusque fautores, authoritate & necessitate conciliorum General. &c. ch. 4. R. 30.

Juliani Card. S. Sabinæ Scriptum in concil. Bassil. 20. Decembris 1437. in congregat. Generali lectum persuasivum translationis concilii ad Italiam. Diu ac sæpe Reverendissimi PP. &c. ch. fol. E. 5.

Joannis Seld Epistola ad amicum de rebus quibusdam in concilio Basiliensi gestis. inc. Reverendissimi Dni Magister &c. fateor verum fore vetus proverbium, quod dicitur: nova delectant &c. Datum Basileæ 14. May 1432. subjungit & mittit eidem sequentia: Decretum Concilii sess. tertiæ, quo Eugenius ad Concilium ejusque continuationem citatur. Olim sacrum constantiense concilium &c. ch. 4. R. 34.

Sigismundi Rom. Reg. ad PP. concilii contra ejusdem perturbatores epistola. Tanta nos affectio, tantusque amor &c. Datum Parmæ ult. Martii. Item summa narratorum D. Regi Sigism. per oratores Eugenii in Epistola ipsius Sigismundi inclusa. Item finalis mens & conclusio Sigismundi super propositis Pontificiis a fol. 291. ad 299.

Karoli Franc. Regni & Ecclesiæ Gallicanæ Pragmatica sanctio de civitate Bituricensi

missa

missa concilio Basil. in qua recipiunt decreta concilii sub certis modificationibus, quas petunt per concilium confirmari. Karolus Dei gratia &c. Inscrutabilis &c. Data 1438. 7. Julii in civitate Bituricensi ch. fol. E. 5. Subjunguntur

Avisata per Dominos deputatos super propositum, & requisitio per Reverendissimos viros D. Ambasiatores Christianiss. Reg. Franc. in hoc sacro Concilio Basil. tam verbo, quam scriptis. Et quia ut ordinatius &c. Inde habentur media data per D^nos Deputatos pro pace inter D. Eug. Pap. IV. & sacr. Basil. Concilium. Videtur D^nis Deputatis &c. omnia hæc tria manu Martini Seng. Mellic. qui rebus inter fuit. Postremo sequuntur concorditer avizata per oratores sereniss. Regum ac illustriss. Principum, nec non Reverendissimorum Patrum, quorundam Prælatorum majorum in hoc S. Concilio Basil. existentes pro pace & quiete totius Ecclesiæ, nec non pro sanctissimo unionis opere ac concordia inter D. Eug. Pap. & hoc concilium. In primis, quod hoc S. Concilium &c. ead. man. ibid.

Nicolai Archiep. Panormitani responsio amplissima facta ad scriptum Juliani Card.

S.

S. Sabinæ de translatione Concil. Basil. Ferariam 24. Decembris 1437. maximum onus & humeris meis &c. Man. Martini Senging Mellic. NB. forte hoc est illud famosum scriptum, de quo inedita pag. 17. Narcissi Herz tractatus Nomine universitatis Wiennensis ad Archiep. Salzburg. editus de neutralitate servanda pro bono pacis procurandæ inter S. Concilium Basiliense & D. olim Eugenium dictum & Inc. circa Materiam unionis, &c. & ch. 4. O. 44. ubi est charta, confer. & ch. 4. P. 32. a fol. 233. confer diligenter, confer etiam cum codice ch. 4. P. 25. fol. 144. & 164. confer hoc cum Cathalogo Burchardi Cod. I. 50. Mag. Petri de Colle sac. pag. professoris ord. FF Min. de observantia Expugnatorium adversariorum auctoritatis Commissariorum immediatorum Concilii Generalis editum in sac. gener. Concilio Basiliensi anno Dom. 1448. Inc. cum Spiritus immundus humanæ salutis adversarius &c. man. Martini Senging Ejusdem Defensorium auctoritatis Generalium conciliorum. In. Pugnavit Ecclesia multifarie prioribus temporibus &c. man. Martini Seng. Scriptum Basileæ 1448. ch. 12. H. 97.

Ste-

Stephani de Spanberg Subprior. poſtea Abbatis Mellic. Epiſtola ad Mag. Narciſſum, an excommunicat: incurrant, qui cum Eug. IV. a Concilio Baſilienſi depoſito, communicant? cum Reſponſo Mag. Narciſſi fol. 223. ch. 4. K. 4.

Concordata inter legatos concilii Baſil. & generalem congregationem Regni Bohemiæ & Moraviæ in civitate Pragenſi in cauſa communionis ſub utraque Inc. circa materiam primi articuli, quem Ambaſiatores dictorum Regni &c. ch. 4. G. 16.

Tractatus inſignis pro juſtificatione & conſiſtenta ſac. concilii Baſilienſis an. 1448. editus adverſus Joan Keck monachi Tegernſeenſis tractatum, cui titulus: unctor Eccleſiaſticus. Inc. multis viis & modis ſac. Baſilienſis concilii &c. ch. 4. P. 25.

Determinatio Q. utrum ſicut ad congregandum generale concilium requiritur conſenſus omnium vel majoris partis eorum, qui conciliis tenentur intereſſe, ita ad continuandum aliquod Generale concilium neceſſarius ſit conſenſus eorundem? In. quæſtio præſupponit, quod ad congregandum generale Concilium &c. editus eſt hic tractatus circa an. 1448. in cauſa concilii Baſil.

Reve-

Reverendiſſimi Card. Panormitani Opus de veritate ſacro ſ. concil. Baſilienſ. editum & recitatum Francofordiæ coram Imperii & electorum ejus oratoribus. Inc. quoniam veritas verborum Lenocinio non indiget &c. forſan idem quod ſub nro XIX. Tom. VIII. Subſid. Cod. ch. in 4. N. 93. Bibiioth. S. Dorotheana Vindobonæ.

Johannis de Polmar ſeu Polemar tractatus adverſus Mag. Petrum Anglicum Regni Bohemiæ Ambaſiatorem de temporalitate & dominio clericorum in ſacroſ. conc. Baſilienſi. Inc. dignum, reor, hic decere.

Reſponſio contra tertium articulum Bohemorum in Baſilea edita per Mag. Henricum de Chalteyſen ſac. Theol. prof. in univerſit. Colonienſ. 1434. Inc. Inclyti Bohemiæ Regni oratores egregii &c. in fol. Bibliothec. Clauſtro-Neoburg.

Reſponſio ſecundi articuli Bohemorum de punitione publicorum peccatorum mortalium facta in concil. Baſil. per Mag. Egidium Decanum Eccleſiæ Cameracenſis contra quemdam Huſſitam Nicolaum Ambaſiatorem ſectæ Orphanorum. Inc. ad declarationem Materiæ &c. ibid.

Joann Cardinal. & Epiſc. Friſing. Tractatus de Superioritate Eccleſiæ univerſalis

&

& conciliorum ſupra Papam, compilatus in ſacro Concilio Baſil. Inc. Ad laudem & gloriam Dni N. J. C. &c. Cod. ch. fol. Bibl. Tegernſeenſ.

Joannis Patriarchæ Antiocheni Tractatus de Superioritate Eccleſiæ univerſ. ſupra Papam, editus contra obloquentes concilio Baſilienſi. Inc. In Nomine Dom. Noſtri J. Ch. &c. ibid.

Concilii Baſilienſis Epiſtola ad Ludovicum Bavariæ Ducem. ut deſiſtat à tyrannide in clerum. ibid.

Conſuli præterea poteſt Bibliotheca Mellic. a P. Kropff anno 1747. edita. præcipue pag. 458. &c.

Addimus Indicem Manuſcriptorum ad Concilium Baſileenſe ſpectantium ex Vetuſtiſſimis Codicibus MSCtis multo labore collectorum Tomis XLIV. in folio.*

Tomus I. continet: *Alamandi Epiſcopi* Condonienſis tractatum de unione Eccleſiæ An. 1398. ad Regem Chriſtianiſſimum *Carolum*. conſtat foliis 164.

Tomus II. *Johannis de Segovia* Theologiæ profeſſoris tractatus de juſtificatione Baſileen-

ſileenſis Concilii & ſententiæ ejus contra *Gabrielem* olim *Eugenium* latæ & in juſtificatione *Gabrielis* & ſibi adhærentium An. 1439. ex Codice Vindobonenſi. Continet folia 50.

Tomus III. Johannis de Turre cremata Dominicani Cardinalis tractatus de poteſtate Papæ & Concilii Generalis, quæ eſt reſponſio ad Concilii Baſileenſis monumentum ſeſſione 12. An. 1433. & ad orationem Concilii 1432. contra Archi-Epiſcopum Tarentinum Papæ *Eugenii* oratorem. foliis 48.

(2) *Johannis de Turre cremata* Cardinalis *Sixti* I. *Florentiæ* degentis apud *Eugenium* a Baſileenſibus Papatu exutum reſponſio facta *Florentiæ* 1440. ad Scriptum Concilii Baſileenſis a. 1439. contra invectivam *Eugenii* editam contra Baſileenſes Florentiæ 1439. ex Codice Lipſienſi. Continet folia 67.

Tomus IV. Univerſitatis Cracovienſis judicium & conſilium de auctoritate Eccleſiæ & Concilii univerſalis; Concilium eſſe ſupra Papam, *Felicem* V. eſſe legitimum Pontificem & a neutralitate eſſe abſtinendum, inſcriptum Epiſcopo Cracovienſi

coviensi *Sbiqueo* pro responsione danda Legatis Concilii & *Felicis* Papæ a. 1442. Ex Codice Helmstadiensi & Wolffenbüttelensi. foliis 93.

Tomus V. Ludovici de Roma Propositiones III. coram *Amadeo* Duce Sabaudiæ nomine Basileensis Concilii factæ a. 1439. ex Codice Vindobonensi. foliis 54.

Tomus VI. 1) Tractatus contra errores Wicclefistarum 1432. ex Codice Vindobonensi. fol. 22.

2) *Johannis Polimari* tractatus de Hussitarum articulo de Dominio civili in bona Ecclesiastica in Concilio Basileensi ad disputandum propositus. 1432. ex Codice Vindobonensi,. Berolinensi & Lipsiensi. fol. 11.

3) Cardinalis Legati & aliorum Principum Legatorum & Doctorum objectiones contra superiorem tractatum in Concilio Basileensi motæ & solutæ a *Johanne Polemaro.* fol. 11.

4) *Mathæi Doringii* Theol. professoris propositio circa Hussitarum articulum: de Donatione Constantini, num justo titulo clerici possideant bona Ecclesiarum temporalia, quæ Sylvestro a Con-

ſtantino ſint collata, in Concilio Baſileenſi 1432. ad diſputandum propoſita. fol. 6.

5) *Ægidii Carlerii* propoſitio de Huſſitarum articulo: de puniendis publicis peccatis in Baſileenſi Concilio exhibita 1432. ex Codice Luneburgenſi. fol. 15.

6) *Johannis de Raguſio* Profeſſoris Theologi propoſitiones de Huſſitarum articulo: de Communione ſub utraque, utrum miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ laicis ſub duplici Specie ſit de neceſſitate ſalutis, in Concilio Baſil. 1432. propoſita ex Codice Luneburgenſi. fol. 8.

Tomus VII. 1) *Joh. Polemari* ad Concilium Baſileenſe legati tractatus de Bohemorum articulo: de Communione ſub utraque ſub neceſſitate Salutis poſt compactata Iglavienſia An. 1436. cum Bohemis facta in Baſileenſi Concilio coram Bohemorum Legatis 1437. publice propoſitus & octo ſermonibus recitatus. Ex Codice Berolinenſi & Lipſienſi. foliis 206.

2) *Johannis Polemari* tres libri contra *Johannem de Rokizano* ejusdemque propoſitiones varias an. 1433. in Concilio Baſileenſi

ſileenſi publice exhibitas & a *Johanne* de *Raguſio* examinatas, de Communione ſub utraque 1437. in Concilio editi. Ex Codice Lipſienſi. foliis 131.

Tomus VIII. 1) *Eugenii* Pontificis in Concilio Baſileenſi ſede moti epiſtola pro auctoritate Pontificis ſupra Concilium *Bononiæ* an. 1441. ad academiam Montis Peſſulanam ſcripta. Ex Codice Vindobonenſi. foliis 19.

2) Solennis reſponſio Concilii Baſileenſis an. 1441. publicata pro auctoritate Concilii ſupra Pontificem ad *Eugenii* remoti epiſtolam ad diverſas academias. ex Codice Wolffenbutl. fol. 68.

Tomus IX. *Johannes Gronenvvaldeck* tractatus de ſciſſione, diviſione & neutralitate vicarii Trizenſis a. 1445. ex Codice Jenenſi. fol. 46.

Tomus X. 1) Tractatus M. *Joh. de Turrecremata* de aqua benedicta in Concilio Baſileenſi. ex Codice Viennenſi.

2) Propoſitio facta 1433. quando clerus univerſitatem repræſentans Pragenſem viſitavit oratores ſacri Concilii Baſileenſis.

3) Propoſitio *M. Henrici Tocke* 1433. facta coram conſulibus utriusque civitatis Pragenſis.

4) Alia propoſitio *Joh. de Polemar* oratoris Concilii Baſileenſis ad congregationem regni Bohemiæ. an. 1433.

5) Reſponſio Baronum, communitatum & ſacerdotum regni Bohemiæ ad propoſita per oratores Concilii Baſileenſis in congregatione Generali. ex Codice Lipſienſi.

6) Propoſitio per *Procopium Raſum* nomine fratrum Taboricenſium poſt reſponſionem *Johannis de Rokizana* quod in propoſitione Concilii licitum fuerat de periculo bellorum, de inutilitate eorum & malis comitantibus ea &c.

7) Reſponſio ad *Procopii Raſi* propoſita per *Egidium Carterii* Decanum Cameracenſem, tamen non fuit pronunciata in congregatione Regni.

8) Secunda propoſitio oratoria Concilii adverſus aliqua reperta in reſponſione Regni Bohemiæ.

9) Concordata inter Ambaſiatores Concicilii Baſileenſis & Bohemos in Praga facta anno 1433.

10)

10) Compactata inita cum Bohemis & Moravis, quibus admittitur ſub utraque ſpecie communio, his qui ad annos diſcretionis venerunt. 1433. fol. 83.

Tomus XI. Benedicti Abbatis Maſſilienſis tractatus duo contra Huſſitas anno 1424. Ex Codice Lipſienſi & Halberſtadenſi fol. 118.

Tomus XII. Theodorici de Niem hiſtoria ſchismatis ſub finem ſeculi XV. anno 1410. *NB.* opus multo plenius quam vulgo cognitum. Ex Codice monaſterii Pegavienſis. fol. 405.

Tomus XIII. Nicolai de Cuſa de Concordantia Catholica in Concilio Baſileenſi pro auctoritate Concilii an. 1433. ex Cod. Helmſtad. fol. 302.

Tomus XIV. Eccardi de Derſch Epiſcopi Wormatienſis opuſcula 4. de ſchismate. an. 1383. Ex Codice Helmſtadienſi. fol. 93.

Tomus XV. 1) *Ægidii Carterii* Decani Eccleſiæ Cameracenſis prima reſponſio ad ſecundum articulum Bohemorum de puniendis publicis peccatis a *Nicolao Taborita* in Baſileenſi Concilio an. 1433. propoſitum in ſolenni panegyri Concilii 4. diebus recitata. fol. 175.

2) Ejusdem secunda responsio ad exceptionem *Nicolai* nomine Bohemorum de puniendis publicis peccatis an 1433. biduo recitata. fol. 110. Ex Codice Lipsiensi & Wurzensi.

Tomus XVI. 1) *Henrici Langenstein de Hassia* opus contra Waldenses conditum an. 1395. Ex Codice Lipsiensi. fol. 70. ---.

2) *Angli* in Ecclesia Awolzleiensi in Wiclefistam de investitura Prelatorum, an Regi an Papæ competat? Scriptum opus 1406. ex Codice Norinbergensi. fol. 46.

3) Anonymi in quosdam Hussitarum articulos præsertim de monachorum templis, monachis mendicantibus & mortalibus piorum peccatis. fol. 23.

Tomus XVII. 1) *Æneæ de Piccolominibus* dialogi cum præfatione *Æneæ Sylvii.* fol. 55.

2) *Æneæ Sylvii* epistola ad *Antonium* JCtum de auctoritate Concilii & supra Papam jure an. 1442. fol. 30.

3) Littera promotorialis *Friderici* Imperatoris pro Ænea laureato Poëta postea in Papam Pium II. electo. 1442.

4) *Pii* Papæ II. Bulla retractionum pro Concilio Basileensi & contra *Eugenium* Pontificem scriptarum. 1463. fol. 17.

To-

Tomus XVIII. 1) *Henrici Kaltiseren* Theologi Coloniensis prima responsio ad tertium Bohemorum articulum in Concilio Basileensi per *Ulricum* a Bohemis 1433. propositum: de libera Verbi Dei prædicatione, in Concilio Basileensi per tres dies recitata. Ex Codice Lipsiensi & Wurzensi. fol. 120.

2) Ejusdem secunda responsio ad exceptionem *Ulrici* pro secundo articulo: de libera Verbi Dei prædicatione, biduo recitata 1431. fol. 100.

Tomus XIX. 1) *Bartholomæi* Carthusiensis Theologi Heidelbergensis determinatio pro autoritate Concilii supra Papam contra tres adversantium schedas. Ex Codice Helmstadiensi. fol. 67.

2) Epistola ejusdem ad Episcopum Bononiensem Cardinalem S. Crucis. fol. 8.

Tomus XX. 1) *Antonii de Eugobio* epistola ad oratores Concilii Basileensis de compactatis Bohemiæ per Pontificem extinctis.

2) Supplicatio congregationum ad Papam *Pium* II. pro Rege Bohemorum *Georgio* cum responsione *Dominici* Episcopi Turcellari legati Apostolici. 1463.

3) Regis Georgii litera ad Papam *Pium* II. pro rebellibus coërcendis.

4) Epiſtola Pontificis ad Epiſcopum Wratislavienſem a. 1463.

5) Epiſtola Pontificis *Pii* II. ad Imperatorem Fridericum. 1463.

6) Bullæ cruciatus *Pii* II. contra Turcas menſe Novembri 1463.

7) Epiſtola Regis Bohemiæ ad Papam *Paulum* II. 1465. Baronum ad Legatum Pontificis reſponſio & informatio ſuper facto parcendæ audientiæ *Georgio* Regi Bohemiæ.

8) Forma Brevis *Pauli* II. *Erneſto* Saxoniæ Ducis & aliis Electoribus miſſa contra Bohemiæ Regem *Georgium*. 1465.

9) Bulla ſpecialis facultatis in facto Bohemiæ data Epiſcopo Lavantino. an. 1465.

10) Reſponſio Papæ *Pauli* ad prætenſum Bohemiæ Regem *Georgium* cum aliis epiſtolis. 1466.

11) Confutatio invectivæ *Georgii de Bodiebrad* Regni Bohemiæ occupatoris ad diverſos Reges & Principes contra Apoſtolicam ſedem.

12)

12) *Laurentii* Episcopi Ferrarienfis & Pontificis legati bulla excommunicationis contra *Georgium* Regni Bohemiæ occupatorem anno 1468. Ex Codice Jenenfi & Norinbergenfi. fol. 163.

Tomus XXI. Joh. de Segovia de Ecclefiaftica poteftate pro auctoritate Concilii anno 1437. anno Concilii Bafil. fexto. Ex Cod. Helmft. fol. 241.

Tomus XXII. Joh. Calderini tractatus de Ecclefiaftico interdicto proxime ante Concilium Pifanum fub finem feculi XIV. Scriptus in Concilio Bafileenfi recenfitus. Ex Codice Lipfienfi. fol. 101.

Tomus XXIII. 1) Inftituta Regis Romanorum *Friderici* pro extirpatione Schismatis. 1441.

2) Appellatio Principum Electorum pro diffidio inter Pontificem & Concilium tollendo.

3) Avifamenta ad reformationem Ecclefiæ 1441.

4) Epiftola M. *Joh. Wenck* de Herrenberg in caufa Schismatis a. 1441.

5) Epiftola *Æneæ Marendæ* ad Regem Romanorum *Fridericum* nomine Synodi Bafileenfis a. 1442.

6)

6) Responsio *Eugenii* data oratoribus Regis Romanorum. a. 1442.

7) Objectiones contra responsionem hanc.

8) Epistola responsalis Oratoribus Regis Romanorum & Principum Electorum 1442.

9) Litteræ Universitatis Parisiensis ad Concilium Basileense. 1443.

10) *Nicolai de Cusa* tractatus contra Panormitanum & defensores Schismatis Basileæ facti. 1442.

11) Dicta Dominorum Electorum & facta quæ fecerunt cum Oratoribus Papæ in Moguntia, quæ singula consistunt in quinque punctis.

12) De Superioritate Papæ, an possit appellari ad Concilium. fol. 131.

Tomus XXIV. 1) Epistola *Joh. de Capistrano* ad *Johannem de Rokizana* a. 1451. fol. 5.

2) *Francisci de Toleto* tractatus contra *Johannem de Rokizana* de communione plebis sub utraque. fol. 28.

3) Acta colloquii publici Pragensis inter *Johannem Rokizanam* Archi Episcopum Pragensem & *Hilarinum* Decanum Pragen-

gensem de communione sub utraque coram Rege *Georgio* consiliariis regiis & multis ex utraque parte auditoribus 1465. fol. 44.

4) Dialogus *Nicolai Jacqueri* ordinis Prædicatorum in Burgundia super sacra communione contra Hussitas editus 1466. fol. 24.

5) Autoritates sanctorum quas Hussitæ male intelligentes allegant secundum ipsorum opinionem. fol. 9.

6) Articuli super quos se fundant Hussitæ Millesitæ & Bohemi de communione sub utraque. Ex Codice Lipsiensi. fol. 16.

Tomus XXV. Erbschenck *Windeck von Maintz* leben und thaten des grossen Kaisers *Sigismundi* zeit der conciliorum Costnitz und Basel. 1452. fol. 550. opus multo plenius & accuratius quam hactenus typis expressum. Ex codicibus Vindobonensi & Gothano.

Tomus XXVI. Johannis de Segovia Avisamenta de sancta conceptione Mariæ Virginis in Concilio Basileensi. 1438. Ex cod. Lipsiensi & Wolffenbüttlensi fol. 241.

Tomus

Tomus XXVII. 1) Oratio Abbatis *Urſicampi* Pariſienſis Theologi Legati Regii coram *Martino* Papa V. 1425. in conſiſtorio Romæ habito de Concilio Baſileenſi maturando pro Eccleſiæ in capite & membris reformatione. fol. 15.

2) Concepta pro reformatione ſtatus Eccleſiaſtici in Alamannia Per *M. Henricum Tocne.* fol. 12.

3) Dialogus de abuſu ſupremæ poteſtatis in Pontifice Romano ſcriptus in Concilio Baſil. 1431. fol. 13.

4) Reformation ſo der Kaiſer *Sigismundus* auf dem nächſten Concilio zu Baſel furgenommen hatte. 1521. fol. 40. Ex codicibus Lipſienſi, Berolinenſi, Gothano & Helmſtadienſi.

Tomus XXVIII. *Nicolai Tudeſilli Siculi* vulgo, *Panormitani* defenſio Concilii Baſileenſis adverſus *Eugenium* Papam pro auctoritate Concilii ſupra Pontificem a. 1442. in Concilio ſcripta. Ex codice Vindobonenſi fol. 113.

Tomus XXIX. 1) Aviſata in dicta Saltzburgenſi per modum conſilii, de unione.

2)

2) Conſiderationes oratorum concilii Baſil. ad Archi-Epiſcopum Colonienſem miſſæ. fol. 12.

3) Propoſitiones Univerſitatis Colonienſis de Schismate. fol. 6.

4) Scriptum Univerſitatis Colonienſis ſuper neutralitate.

5) Concluſiones Univerſitatis Colonienſis pro Concilio Baſileenſi. fol. 8.

6) Conſilium Univerſitatis Erfordenſis ſuper neutralitate anno 1440. fol. 23.

7) Conſilium Univerſitatis Erfordenſis ad Archi-Epiſcopum Moguntinum pro Concilio Baſileenſi contra *Eugenium* & contra neutralitatem. 1440. fol. 14.

8) Scriptum Univerſitatis Viennenſis occaſione neutralitatis ſervandæ pro bono pacis procurando inter S. Concilium. fol. 14.

9) Tractatus Univerſitatis Viennenſis ſuper neutralitate quæ diſſuadetur. fol. 17.

10) Conſilium Univerſitatis Lipſienſis contra neutralitatem. fol. 24. Ex codicibus Vindobonenſi, Erfordenſi, Jenenſi & Helmſtadienſi.

Tomus

Tomus XXX. 1) *Johannis Polemari* prima reſponſio ad quartum Bohemorum articulum in Baſileenſi Concilo propoſitum de civili dominio clericorum. 1433. fol. 75.

2) Ejusdem ſecunda reſponſio ad exceptionem Bohemorum de civili dominio clericorum pronuntiata an. 1433. Ex cod. Lipſienſi & Wurzenſi. fol. 25.

Tomus XXXI. 1) *Gregorii de Heimburg* tractatus de Pontificis in Eccleſiam tyrannide 1443. Electori Brandenburgenſi oblatus pro neutralitate tollenda & reformatione in Concilio perficienda. Ex cod. Brunſwicenſi. fol. 21.

2) *Nicolai Wigelii* Doctoris & Profeſſoris Lipſienſis pro Pontificis Romani autoritate contra ſuperiorem tractatum vindiciæ. 1443. Ex cod. Lipſienſi. fol. 45.

Tomus XXXII. Osvvaldi Reinlein de Norinberg ordinis Eremitarum tractatus exhortatorius pro cruce ſignatis contra Huſſitas in expeditione *Alberti* Ducis Auſtriæ a. 1426. conſcriptus & ſermonibus 31. recitatus. Ex cod. Norinberg. fol. 200.

Tomus XXXIII. 1) *Johannis* Patriarchæ Antiocheni opuſculum in Concilio Baſileenſi

ſileenſi

ſileenſi 1434. editum & in Conventu fratrum Minorum publice prælectum de Concilii univerſalis autoritate ſupra Papam contra *Thomam de Virago*. Ex cod. Lipſienſi & Luneburgenſi. fol. 33.

2) *Johannis Mynionis* Curialis Benedicti tractatus de præeminentiis Apoſtolicæ ſedis contra decreta Concilii Baſileenſis pro *Eugenio* IV. ſub concilio editus. Ex cod. Lipſienſi & Helmſtadienſi. fol. 77.

Tomus XXXIV. 1) *Nicolai de Sicilia* Archi-Epiſcopi Panormitani reſponſio nomine Concilii Baſileenſis ad epiſtolam *Juliani* Cardinalis 1437. ſcriptam, publicata 1438. Ex codice Lipſienſi. fol. 84.

2) *Nicolai de Sicilia* liber ſecundus coram Electoribus imperii Francofurdiæ in comitiis 1438. in Pontificis *Eugenii* remotionem & eccleſiæ reformationem perficiendam recitatus. Ex cod. Erford. fol. 31.

Tomus XXXV. Actorum *Johannis Parvi* Theologi & Conſiliarii Ducis Burgundiæ de jure ſubditorum in principes tyrannos. Volumen. I. in Concilio Gallicano 1413. 1414. Ex codice Wolfenbüttlenſi. fol. 627.

Tomus XXXVI. Actorum *Johannis Parvi* de jure subditorum in Principes tyrannnos Volumen II. in Concilio Constantiensi 1416. 1417. 1418. fol. 466.

Tomus XXXVII. *Gebhard Dacher* von Costnitz deutsche historie des grossen Concilii zu Costnitz an. 1436. Ex codice Wolfenbutl. fol. 179.

Tomus XXXVIII. 1) *Stephani de Palaz* Professoris Pragensis Antihussitæ opus Scriptum an. 1414. proxime ante exordium Concilii Constantiensis. Ex codice Lipsiensi. fol. 126.

2) Ejusdem tria opuscula in Bohemos *primum* de auctoritate Ecclesiæ Romanæ *secundum* de clavibus Ecclesiæ & *tertium* de portis inferni sive quatuor articulis Bohemorum. 1421. fol. 78.

Tomus XXXIX. *Johannis Hoffmanni* Professoris Theologi Lipsiensis & Canonici Misnensis tractatus contra Hussitas eorumque quatuor articulos scriptus an. 1421. Ex codice Lipsiensi & Norimbergensi. fol. 147.

Tomus XL. 1) *M. Joh. de Rokizana* tractatus contra sex propositiones frivolas derogan-

rogan-

rogantes communioni fidelium specie sub utraque. 1465. fol. 28.

2) *Wenceslai* Theologiæ Doctoris tractatus Catholicus triumphalis pro communione Catholica unius speciei contra *Johannem de Rokizana* 1465. fol. 195.

3) Impugnatio tractatus *Rokizani* contra Doctores Catholicos, qui ad unitatem Romanæ Ecclesiæ redierunt. Ex codice Lipsiensi. fol. 86.

Tomus XLI. 1) Consilium universitatis Viennensis Archi-Episcopo Saltzburgensi super materia unionis & neutralitatis in facto inter Concilium Basileense & olim Eugenium autore M. *Narcisso Herz de Berolling.* fol. 20.

2) Determinatio *M. Bartholomæi* Doctoris Theologi Heidelbergensis. fol. 39.

3) Consilium *Johannis Röttel* Canonici Frisingensis ad Episcopum Saltzburgensem de Concilio Basileensi. fol. 9.

4) *Hermanni de Minda* ordinis Cisterciensis tractatus de vocibus definitivis in Conciliis generalibus Basileæ publice prælectis 1440. fol. 20.

5) Fata utriusque Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis quoad reformationem ſtatus Eccleſiaſtici in Papa, Cardinalibus, Epiſcopis &c. Scripta 1440. fol. 20. Ex codicibus Erfurtenſi, Vindobonenſi, Lipſienſi, Jenenſi & Helmſtadienſi.

Tomus XLII. 1) *Franciſci Zabarellæ* Cardinalis Florentini de Schismate Papali per concilium univerſale componendum ſcriptum ante Concilium Piſanum. Ex codice Vindobonenſi. fol. 30.

2) *Johannis de Gerſon* libellus de auferibilitate Papæ ab Eccleſia ſcriptus in principio Concilii Piſani repetitus in Concilio Conſtantienſi & Baſileenſi 1442. Ex codice Helmſtadienſi. fol. 10.

3) *Joh. Gundiſalvi* Canonici de fide ſanctæ Eccleſiæ fol. 32.

4) *Jacobi de Miſſa* propoſitio de juramento. fol. 11. Ex codice Vindobonenſi.

5) Propoſitio *M. Joh. Erzibane* de fide ſua de ſacramento Euchariſtiæ. Ex codice Vindobonenſi.

6) *Martini* Papæ de hæreticis in Bohemia compeſcendis declaratio. fol. 4.

7) Epiſtola Legatorum Regis Galliæ ad Cæſarem & Bohemos. fol. 8. Ex codice Helmſtadienſe.

To-

Tomus XLIII. 1) Academiæ Viennensis judicium de tribus Hussitarum articulis 1 de dominio temporali in bona ecclesiastica. 2 de libera prædicatione Verbi. 3 de puniendis peccatis, Concilio Basileensi oblatum 1433. fol. 38. Ex codice Luneburg. & Norimbergensi.

2) Academiæ Viennensis judicium de quarto Hussitarum articulo, Communione sub utraque a. 1433. Concilio Basileensi oblatum. fol. 70.

3) *Hieronymi de Praga* Theologi Basileensis tractatus contra quatuor articulos Bohemorum 1433. Ex codice Berolinensi. fol. 35.

Tomus XLIV. 1) *Joh. de Ragusio* Theologi Parisiensis responsio ad primum articulum Bohemorum per *Johannem Rokizanam* propositum, de Communione sub utraque, in Concilio Basileensi publice facta a. 1433. folia 230.

2) Ejusdem secunda responsio ad exceptionem Bohemorum, de communione sub utraque, in Concilio Basileensi. 1433. folia 176. Ex codice Vindobonensi, Lipsiensi & Luneburgensi.

ELENCHVS CHARTARVM.

VII.

XXV.

 Spirensi

XLI.

L.

LXIX.

LXXXIX.

Lectori amico valetudinem integerrimam eo usque ex corde precamur, donec communia Rei Diplomaticæ desideria penitus exsatiata fuerint. Sed, *quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Vale. Dabam Moguntiæ Decimo Kalendas Julij MDCCLXXVI.

I. SVM-

I.

SVMMA DICTORVM NICOLAI DE CVSA FRANCFORDIAE A. 1442. 21 JVNII CVM DVOBVS DIEBVS SEQVENTIBVS, CONTRA OLIM PANORMITANVM ET DEFENSORES SCISMATIS BASILEAE FACTI.

Damnatis *Amediſtis* in magna ycumenica ſynodo cui S. D. N. *Eugenius* Papa Legitima ſucceſſione poſt mortem *Martini* Papæ ſancti *Petri* ſedem tenens, preſedit, non putabatur ipſos judicatos amplius audiri debere, prohibente hoc omni jure Eccleſiaſtico & Imperiali, maxime cum ipſi, qui os in cælum poſuerunt lingua eorum tranſeunte ſuper terram exemplo Calcedonenſis ſynodi audiri vetantur. *cap. in tantum* 109. *diſt.* 21. in tantum, ſic & ex eo, quia ſcisma fecerunt. *cauſ.* 23. *q.* 5. *c.* non vos. & ſuum intruſum defendere moliuntur. 3. q. 1. §. pater. his enim caſibus audien-

tia denegatur; ut notat *glossa in Cap.* 101. *in nomine domini dist.* 23. super verbo: audiencia; quoniam nihil subsistentiæ aut coloris contra ista enormia scelera varia adduci posse præsupposuerunt. nec credebamus nos servuli Apostolicæ sedis, illos, qui more eorum, qui recentia fundamenta imprimere satagunt, & verbis deceptorijs habundant, post tot concessas publicas & privatas audiencias, in hac dieta, ubi Conclusio pollicita est, denuo audiri. ad repetitionemque sepissime dictorum redeundum, credimus hanc ipsam omnium etiam fuisse sententiam garrulatoribus finem datum. sed postquam importunissima & inverecunda instantia eorum vicit clementissimum & invictissimum Regem nostrum & gloriosissimos principes Electores, ut datis deputatis, coram quibus iterum & finaliter, quod vellent, dicerent, ad hoc deventum est, ut vos Reverendi Patres & magnifici & venerabiles Domini ad hoc deputati eos triduo audiretis, demum præter propositum, ne gloriarentur ex taciturnitate nostra, justiciam Ecclesiæ per orbem dispersæ non posse ostendi, in simplicitate sermonis veritate rei gestæ atque pene omnibus notissime pari triduo etiam lectis publicis documentis adeo Dei gratia me ostendisse gaudeo, ut presumptuosissima injusticia eorum, qui Xti Ecclesiam in partes scindere moliuntur, omnibus dominationibus vestris patefacta sit. Verum quia in fine visi estis memoriale in scriptis desiderare de his auditis, pro subsidio faciendæ relationis, quamvis nihil putem omnium, prudentissimas

domi-

dominationes veſtras latere poſſe, de omnibus per me enarratis, cum nihil alienum aut incognitum adduxerim, hic nunc pareo, iſta ſuccinctiſſime annotando, quæ memoria adminiſtrat, non iſta offerens, quaſi Eccleſia per orbem diſperſa, aut ſancta Romana Eccleſia vel ycumenica ſynodus opus habeat defenſore alio, quam ſua auctoritate, aut quod hoc onus mihi creditum quisque putet, inter eos infinities doctiores peritioresque ſancte Eccleſie filios, ſolum pro modulo meo hoc oſtendere cupiens, quod tam parvi momenti ſunt *Amediſtarum* fundamenta, ut vir parvus ingenio & pericia facile omnia comminuat, altiora & ſubtiliora majoribus remittens.

Incipio igitur ſub influentia Xti Capitis Eccleſiam ſuam defenſurus; & dico, recepto per univerſam Eccleſiam Sanctiſſimo Domino noſtro Eugenio pro unico indubitato pontifice poſt plures annos Regiminis ejus, quidam pauci *Baſilee* reſidentes *Amedeum* Sabaudie tunc ducem, antipapam erexerunt, hos ſciſmaticos a jure & homine anatematizatos, mandat Apoſtolica ſedes per hanc inclitam nacionem vitari, ſed alie Xtiane naciones illis communionem ſubtraxerunt, omnibus illis non obſtantibus, quæ per eos allegantur; nam ſermo eorum fumus eſt caligine plenus oculos ſtolidorum obtenebrans nihil habens de veritatis ſubſiſtentia; ſi enim ſpiritum Xti qui veritas eſt, haberent, ejus Corpus, quod eſt Eccleſia non tanto opere dilaniare ſtuderent *q.* 1. *ubi ſana. Cauſ.* 24.

 q. 1.

q. 1. c. 129. & C. *Hereticus.* Xtus enim in eorum cordibus habitare non poteſt, qui ſe a corporis Xti compage abrumpunt. *eadem caus. & q. c. audivimus. cauſ.* 24. *q.* 1. *c.* 104. erat enim unitas Ecclesie ex capite *Eugenio* & membris fidelibus compaginata, & ibi poſt connexam & undique conjunctam Eccleſie unitatem alium Novatianum erigentes execrandum ſcisma fecerunt. 7. *q.* 1. *Cauſ.* 7. *q.* 1. *c.* 106. Novatianus. ubi de hoc. 24. *q.* 1. *didicimus. Cauſ.* 24. *q.* 1. *c.* 131. hoc ſolum ſufficit, omnibus eorum fabulacionibus ſatisfaciens, ſcisma enim nullam habet defenſionem, cum nulla ſit dabilis cauſa ad ſcisma neceſſitans, ut optime deducit S. Auguſtinus contra *Parmenianum*, eo ipſo enim quod ſcisma fecerunt, ſe ipſos impios injuſtos atque dampnatos eſſe oſtenderunt. 23. *Q.* 5. *ſi vos. Cauſ.* 23. *Q.* 5. & hæc eſt prohibitionis cauſa, cur ſcismatici audiri non debeant, cum cauſam habere nequeant excuſantem, habet enim ſcisma intra ſe anathema inexcuſabile. ſed quoniam *Amediſte* quodam caliginoſo fumo defenſionis utuntur, dicentes ſe Concilium univerſale fuiſſe, Eccleſiam repreſentaſſe, & cum authoritate plena conciliari ab ipſis Dominum noſtrum depoſitum eſſe; & Amedeum electum, oſtendam hæc omnia a veritate aliena.

Primo quidem patefaciam, dudum omnem authoritatem Conciliarem deſiiſſe *Baſileæ* ob Concilii translationem aut ſecundum ordinationem olim Baſileenſis Concilii, aut conventum Patrum

in

in *Ferraria* animo ycumenicum Concilium celebrandi, aut per recessum præsidentum & aliorum de *Basilea*, aut per Græcorum unionem aut translationem per Dominum nostrum factam. 2do loco subjiciam etiamsi hoc non obstaret, processum contra dominum nostrum nequaquam fuisse synodicum, primo quidem ipsum arrogantem ostendam & præsumptuosum, cum nondum sit per universam Ecclesiam admissum contra unicum Pontificem Romanum talem fieri posse. 2do etsi fieri posset, non erat ille legitimus & synodicus, solvendo objectionem de hæresi. 3° contra eligentes Amedeum atque de inhabilitate electi & nullitate pauca adjiciam, in omnibus plane & succincte progredi curabo. premittam autem summarium Casum rerum gestarum, ex quo omnia, quæ intendo, apparebunt, parvam quandam justificationem petitionis Sanctissimi Domini innectendo, ut sic ordinatius cetera attingam.

Sanctissimus Dnus noster, dum esset in minoribus reductionem Orientalis Ecclesiæ diligenter sollicitans, demum ad *Petri* Cathedram superna dispositione perveniens ex Apostolico officio sibi nunc hanc curam commissam considerans talem egit diligentiam, ut conclusio capta esset de mittendo Apostolico Legato Constantinopolim cum necessariis personis pro felici & facili consumatione unionis Ecclesiarum Dei, sed eo nostro Pontifice inscio per Patres, qui Basileæ Concilii causa convenerant, cum Grecis alii tractatus initi sunt.

 Anno

Anno enim domini MCCCCXXXVIIJ ſeptimo jdus Septembris in Concilio Baſileenſi cum oratoribus Græcorum de unione eorum actum eſt, qui, cum eam extra ycumenicam ſynodum fieri non poſſe dixiſſent, fuit diutius tractatum, ut in Baſileam pro loco conſentirent, & quia obſtantibus inſtructionibus hoc facere non poterant, judicavit Concilium, non expedire, quod propter locum tantum bonum negligeretur, ſed obligavit ſe per juramentum nomine Concilii per apoſtolicum legatum & preſidentem prefatum ſolempniter, ad faciendum Concilium ycumenicum in *Calabria*, *Ancona* vel alio loco maritimo, aut in *Bononia*, *Mediolano* vel alio loco in Italia, extra Italiam in *Buda* in Ungaria aut in *Wyenna* in Auſtria, & ad ultimum in *Sabaudia;* ſic quod illud ycumenicum Concilium in uno ex locis præfatis per Concilium eligendo, fiat, ac quod oratores mittendi pro Græcis adducant quatuor galeas & tricentos Baliſtarios pro cuſtodia civitatis Conſtantinopolitanæ, & nominent Imperatori Grecorum locum unum ex nominatis ad oblationem ſalvi Conductus loci & civitatis; ſimiliter & portum, ad quem ultimo debebit applicare, ad quem dum pervenerit, Concilium Baſileenſe infra menſem ad nominatum locum ſe transferret, accedente in omnibus expreſſo conſenſu romani pontificis, qui etiam per ſe vel ſuos ad hoc conſtitutos cum aliis Patriarchis & Epiſcopis, qui ſimiliter ibi eſſe debent vere vel repreſentative hoc Concilium ycumenicum celebrabit. Veniente igitur tempore electionis Loci in Conci-

Concilio magnus numerus, qui tunc ſtudioſe pro factione hujus rei noviter ex coactione adverſariorum Dni Noſtri advenerat, ad hunc actum de perſonis infimis & ad res ſynodicas tractandas ineptiſſimis; intimabatur potius ad Avinionem, quæ civitas etiam pecunias obtulit neceſſarias mutuare, addiderunt autem illi Baſileam jam a Grecis refutatam, & quia Avinio non fuit nominata addiderunt & Sabaudiam. hæc autem duo loca (additum in MS. *Baſileam & Sabaudiam*) ob fraudem adjunxerunt, ut poſtea compertum eſt, preſidentes apoſtolici & alii plures miſteria intelligentes reſtiterunt. Avinionenſes etiam petiverunt pro ſecuritate ſuarum pecuniarum exponendarum decretationem loci & portus & decime imponende membris reſiſtentibus ne hoc fieret, & finaliter quidam domini pro Concordia Patrum conceperunt unum Aviſamentum, continens, quod Ambaſiatores in Conſtantinopolim ituri de Baſilea verſus Avinionem pergerent, ac quod avinionem infra XXX dies poſt receſſum ipſorum deberent contentare Capitaneum Galearum de 30800 florenis, & reſiduum usque ad ſummam 70000 florenorum exſolverent ipſis Ambaſiatoribus realiter in pecunia numerata, de quibus omnibus infra XII dies poſt predictos XXX certificari deberet ipſum Concilium per literas Ambaſiatorum predictorum; alioquin ex tunc poſſet & teneretur Concilium procedere ad electionem alterius Loci & aliunde univerſali eccleſiæ providere. Hoc aviſamentum fuit Concluſum per deputationem & Congregationem

generalem, oratores Avinionem perexerunt cum Bullis & instructionibus Dominis presidentibus & eis adherentibus ignaris, inter cetera habentes potestatem portum nominandi, sicut eis videretur, unde cum *Avenionem* venissent, & Avenionenses multum dubitarent, an Greci ad eos venturi essent propter contradictionem, quam audierant Basileæ factam, hoc argumento seducebantur, quod dicebatur ipsis, Sabaudiam nominatam, quam Greci refutare non possent, esseque in potestate ipsorum Oratorum, portum ultimum nominare, & per hanc potestatem Grecos *Avinionem* conducerent, quia eos ad portum propinquum circa Avinionem, scilicet aquas mortuas conducerent, & quando ita ad *Avenionem* fatigati Greci pervenirent, non instarent plus fatigari & ad Sabaudiam vehi, maxime cum in Sabaudia nulla civitas specialiter nominata aut ad hoc accommoda esset, quam preponerent *Avenioni* cum incommodo itineris & fatige, unde ipsi oratores de non nominando alium portum se per juramentum & alias solempniter Avenionensibus astrinxerunt, sed ad hæc non omnino securi pecuniam infra statutum terminum non exbursarunt, imo lapso termino, ut prius instabant pro decretatione Loci & decime, & portus, fraus hæc de portu occulte tenebatur, quia dabat pars illa Almanis ad intelligendum, quomodo cum pecuniis Avinionensibus Concilium ycumenicum finaliter *Basileæ* constitueretur. hæc quidem fraudulenter dicebant ut sic Almanos ad favores allicerent; dum igitur hæc sic *Avinione* agerentur, superve-

nit

nit ex Grecia orator Imperatoris Joannes Dissipatus in Generali congregatione, protestantem, nullum Grecorum per mare Siculum seu Tyrenum venturum, cum ipsis enim bona fide actum esset, sed illud mare tale foret, quod Imperator & Patriarcha & alii senes prelati sine periculo vitæ per illud duoi non possent, nec unquam in hoc consensissent neque consentirent, neque *Avinionem* approbassent, sed refutassent, protestando, quod per hanc viam negotium unionis destrueretur, expresse protestentur, fides eis data & jurata non servaretur. & multa contra hoc dixit. Videntes igitur Domini presidentes, negotium illud penitus in fumum ire cum ignominia Ecclesie nostre, nisi ad aliam electionem procederetur, proposuerunt in generali Congregatione juxta concordata in Concilio, quia Avinionenses infra terminum non satisfecissent, ad alterius loci electionem procedendum esse, nam electio illa, etiamsi Avinio eligibilis fuisset per ordinacionem Concilii Avinionensibus intimata, cassa & irrita facta esset per fluxum temporis, ita quod opus foret alia electione, exhortando, ut illa fieret, de loco Grecis grato, & rebus gerendis accomodo, post hanc exhortationem aliquoties repetitam demum de XII secundum Concilii formam avisarunt, juxta exhortacionem illam negotiis Græcorum providendum esse, atque ita statuto die in deputationibus ad alterius loci electionem deventum est, eligentibus quidem Dominis Presidentibus & aliis nonnullis Regum & principum Oratoribus & viris gravissimis & tri-

bus presidentibus trium deputationum electionem concludentibus, aliis multis Dominis deputationibus interessentibus & non eligentibus sed vota dantibus pro petitione Avinionensium scilicet decretatione loci & decimæ &c. — Interposuit se Germanica natio & cives Basilienses & XII fuerunt media oblata & aliqua ex illis, per olim Archi Episcopum Panormitanum, qui favere tamen. videbatur parti quæ eligebat Avinionem, licet ipse palam allegasset, solempniter ipsam non esse eligibilem tanquam non nominatam nec comprehensam in decreto conventionali, omnia media per Presidentes & eis adherentes admissa fuerunt, cum una exuberantissima adjectione, quod omnis modus excogitabilis placeret pro desiderio alterius partis, sic quod negotium Grecorum non perderetur cum ignominia & infamia Ecclesiæ & promissorum ejus; sed quia pars alia Concordiam noluit, ita ut mala intentio ducum illius multitudinis facile intelligeretur, honor Dei & Ecclesiæ unitas & promissio bonos artabat, ne cederetur, quare cum illa pars olim Arelatensis ad decretationem festinaret, opus erat, ne veritas occumberet, quod ipsi Domini Presidentes pariformiter agerent, decreta est igitur electio *Utini & Florencie*, aut alterius Loci ex nominatis grati Romano pont: ac Grecis, qui prius necessaria paraverunt, missum est hoc decretum ad S. D. N. qui audito processu instante oratore Grecorum communicato Concilio dominorum Cardinalium & prelatorum, qui in majori numero etiam ex Basileæ quondam in corporatis, in curia tunc

erant,

erant, quam Basileæ, solempniter gratam habuit ipsam electionem, & eam in publico Consistorio confirmavit, atque ad exequendam eam, ut caput Ecclesiæ & Concilii cum his, qui decretum illud sanctitati sue presentarunt, oratores Constantinopolim misit. Qui dum aliquandiu in ea Civitate Constantinopolitana fuissent, ex Avinione galeas venisse audierunt, sine tamen Balistariis, unde ne ob hoc Greci retraherentur a veniendo, dabant ipsi oratores S. D. Nostri & partis sue ad hoc speciale mandatum habentes, Grecis potestatem, cum illis galeis Avinionem veniendi, aut per alium omnem modum eis gratum, sic tamen, quod omnino ad aliquam quamcunque civitatem Ecclesiæ occidentalis, venire non recusarent, practicavit Imperator Grecorum aliquibus diebus cum illis, & quia non poterant ad aliam viam consentire, quam quod per mare Tyrenum ad aquas mortuas descenderent in ultimum portum, ad quod Greci induci non poterant, redierunt ipsi vacui, Grecis Ferrariam venientibus, intimacione facta omnibus, quæ etiam ad noticiam Basileæ remanentium pervenit, ex ultimo portu Veneciarum de eorum adventu, venit igitur Dominus Julianus Cardinalis, legatus Apostolicus, primus & ultimus qui Basileæ auctoritate apostolica presedit, & cum eo ex incorporatis prelatis Basileæ multi viri doctissimi ad Civitatem Ferrariensem, ita ut in fundacione illius ycumenici Concilii in prima sessione plusquam in duplo plures prelati etiam ex olim Basileæ incorporatis cum capite Ecclesie & Concilii, quam Basilee remanserint, reperti sunt. Verum quia

olim

olim Arelatenſis & ſui in fine, ut S. D. noſtrum etiam apud Grecos diffamarent, ad impediendum eorum adventum audito, quod ſanctitas ſua confirmaſſet electionem partis preſidentium quoddam injurioſiſſimum monitorium de facto decreverunt contra ſanctitatem ſuam, & hujus Copiam Oratores eorum Conſtantinopolim attulerunt. Reſtiterunt preſidentes Apoſtolici, atque alii graviſſimi, Domini, etiam ſancte memorie Dn. Imperator Sigismundus atque alii Principes, ne tantum ſcandalum ſcisma reſuſcitaret, & quia furori eorum, quem in multis oſtenderunt, obviari nulla parte aut ratione potuit, S. D. noſter admonitus per Reverendiſſimos Dnos Cardinales & alios prelatos, ut ipſis furioſis gladium de manu tolleret, in cujus confidentia hoc attemptabat, ſcilicet authoritatem Concilii ab ipſis demeret, in finem ne ſcisma fieret, ac ne unio Grecorum impediretur, Concilium etiam ante Grecorum adventum tranſtulit, cum conditione, ſi non deſiſterent ab illis preſumptuoſiſſimis ſcandalis, adducens in quo etiam ſic translato, talia authore Deo proponere & agere intendimus, ex quibus noſtram innocentiam orbis totus agnoſcere poterit &c. & quoniam illi ad ceſſandum & impetum refrenandum nulla prece principum induci poterant imo magis intellecto Grecorum adventu ad Italiam inardeſcebant, hinc S. D. noſter congregatis non paucis prelatis Ferrarie preſidente Dno Cardinale S. Crucis cognoſci fecit, an apud Baſileæ reſidentes & talia in fidei prejudicium & ſcismatis fomentum attemptantes

Con-

Concilii maneret autoritas vel non. tunc Concilium legitime translatum fore de *Basilea* ad Ferrariam communi omnium ſententia definitum eſt, ac quod per lapſum termini ad hoc ſtatuti Concilium eſſet legitime Ferrariæ ſtabilitum, poſt hoc illi, qui in Baſilea erant, his omnibus non obſtantibus poſtquam ad oras Italiæ Grecos adventaſſe ſenſerant, D. N. Sanctiſſimum, niſi ſunt diabolica preſumptione ab omni adminiſtratione ſuſpendere & ſibi ipſam papalem adminiſtrationem ſub privationis pena vendicare, citando omnes Cardinales & alios, ut ad Baſileam concurrant, precipiendo omnibus prelatis & principibus, ne eidem domino noſtro pareant, aut obediant. Inchoata eſt autem feliciſſima ſancta ycumenica ſynodus, ſathanicis illis impedimentis non obſtantibus, ſecundum ordinacionem olim Baſilienſis Concilii, & de reductione Grecorum diligentia facta eſt, qualis in tali arduiſſima materia fieri debuit, ita, quod dei dono immenſo Orientalis Eccleſia ad fidem racione Eccleſiæ cum pace conducta eſt, ut nunc una ſit racione orientalis Eccleſiæ, atque Conſtantinone imo Armenorum Hyberorum Afrorum Jacobinorum atque Indorum fides, illi vero, qui Baſileæ remanſerunt in profundum malorum continue plus ruentes, bono unitatis invidentes ad horrendum ſcisma ſua ſponte properarunt, contradicentibus omnibus nacionibus & prelatis, regum & Principum oratoribus, de contrario in faciem eorum proteſtantibus, cum his pene omnibus & multo majori parte prelatorum, qui tunc Baſileæ erant concur-

renti-

rentibus, & de congregationibus se absentantibus, ita, quod inter omnes Cardinales Archi Episcopos & Episcopos qui tunc Basileæ erant, qui ad numerum XXX minus quam decem passionatissimi Emuli, quorum vix quatuor alium quam nudum usurpatum titulum habebant, nisi sunt Dnum Nostrum deponere, & universam per orbem dispersam ecclesiam scandalisare, inter eos autem, qui huic nepharie factioni se opposuerunt, post Cardinalem Taraconensem, Archi Episcopum Mediolanensem & alios maximos viros fuit ille olim Panormitanus, qui singulariter & in scriptis de injusticia protestatus est, ingratissimus vir, & tot Juramentorum apostolice sedi prestitorum sue doctrine & protestationum immemor partem scismaticam assumpsit, nunc hic pro defensione Capelli pseudo Cardinalatus sui cum ignominia militans. posuerunt autem in pretensa sententia Dominum nostrum hereticum esse, ex eo quod Concilium transtulit Ferraream, licet neque super hæresi citatus esset, neque ante citacionem etiam transtulisset, sibi Amedeum olim ducem Sabaudie in caput preficiens, novam rem ex Laico aliquem ad monarchiam ecclesie velle erigere, Ecclesia per orbem diffusa dissentiente imo anathematizante, nihilominus etiam omnes cujuscunque dignitatis ecclesiastice seu secularis ac universitates, honoribus privantes & anathematizantes, tanquam heresis & scismatis fautores, qui domino nostro depost favores in pontificatu prestarent. Sed Deus qui non finit veritatem opprimi, Ecclesiam suam per orbem disper-

ſperſam, cui inſpiravit, ut Baſileenſibus contradiceret conſervavit absque ſcismate, ita ut omnes naciones usque in iſtam, hanc Baſilienſium factionem tanquam preſumptuoſiſſimam dampnaret. in hac autem natione, in qua propter dubium translationis tempore electionis bone memorie Regis *Alberti* deliberatio ad tempus capta fuit, cum proteſtationibus, bonis reſpectibus, maxime ne interim aut electio illa Regis Alberti cavillaretur, aut natio Germanica ſcinderetur; nunc agitur de concluſione illius deliberacionis & declaracione obedienciæ, cum continuam perniciem pariat, unde S.^us D.^nus N. ſereniſſimum Roman. Regem noſtrum & Reverendiſſimos Patres & illuſtriſſimos principes electores exhortatur, ut tollant de medio animorum ſuſpenſionem, & in obedientia in qua erant, quoad apoſtolicam ſedem & ſanctitatem ſuam, ut decet, conſtantes fideles principes ſe remanere declarent, his non obſtantibus, quæ Baſileæ preſumpta ſunt. Quod autem neceſſarium ſit, pro dei honore, ſalute animarum, eccleſie unitate ac Inclite hujus nacionis honoris conſervatione declarationem absque pertractatione taliter fieri, ex hoc manifeſtiſſimum eſt, quia cum obedientia ſit de neceſſitate ſalutis, quo-ad Apoſtolicam ſedem & Rom. Pontificem. diſt. 81. Can. ſi qui presbyteri. de Major. & obedient. Solite & in extravagante Unam Sanctam. §. porro cum ſi. tunc cum principes noſtri Germani cum aliis orbis Regibus, ea, quæ Baſileæ contra dominum noſtrum acta ſunt, tanquam ſcandaloſa & ſcismatica juſte

non

non receperunt, non possunt ex eo, contra quod protestati sunt, cum aliquo honore, occasionem non obediendi recipere, imo si suarum protestationum immemores esse vellent, tunc adhuc attento, quod pene universa Xtianitas, illis quæ Basileæ acta sunt, non obstantibus, dominum nostrum Eugenium pro indubitato Papa colit, non possunt dicere non esse dubium an Basilienses rite processerunt. sed in dubio nequaquam qui fuit indubitatius deserendus est. *causa* 8. *q.* 4. *nonne.* & est conciliariter diffinitum 17. *d.* §. huic etiam quod recedentes ob dubium ab obedientia scisma faciunt, ubi conjuncto § Item *Simachus. II. Q.* 7. — item cum Balaham & glossa casus esse videtur, probatur idem *Caus.* 24. *q.* 1. *C. Scisma*, ubi de hoc, hinc concluditur petitionem Domini nostri non solum esse justam & honestam sed & necessariam, detestandosque esse Amedistas, quoniam omnis Catholicus securus eam partem detestatur, cui Ecclesiam Universalem Apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit. sunt verba S. Augustini posita in C. allegato communicare enim illas est Ecclesiam destruere, ut optime S. Petrus Clementem instruxit. Caus. 11 q. 3. c. Si inimicus. dudum autem cessasse dubium, propter quod suspensio animorum facta fuit, manifestum est, nam dubitabant Dni principes, an Basileæ esset Concilium, obstante translatione, que eis per Dominum Episcopum Urbinatensem fuit ex tunc *Francfordie* insinuata, si enim Concilium Basileense pro indubitato habuissent, quomodó fuisset justum protestari de

non

non obediendo eidem, si autem translatio certa fuisset, non minus injustum fuisset de non obediendo mandatis Dni Pape protestari, causa igitur protestationis fuit ambiguitas translationis. Sed quando post hoc Basileenses ab universa Ecclesia per orbem dispersa ac a nostris Principibus de contrario protestantibus & a capite Ecclesie Romano Pontifice se scismatice separarunt Amedeum ducem in caput sibi præficiendo, cessavit dubium, an Basileæ sit Concilium apud Principes nostros & universam Ecclesiam, qui Amedeum non recepit una enim Ecclesia non habet nisi unum pastorem. VII q. 1. non autem. in glossa. & Ecclesia est grex pastori unitus. ibidem. in C. *Cauf.* 7. *Q.* 1. *c. scire debes.* quare illi nec ecclesia nec concilium esse potuerunt. *XXIV. Q.* 1. *didicimus.* & *Q. III. Clericus.* & *C. cum quibus.* cessare igitur debuit protestatio ab eo tempore circa. sed quod hoc per Dominos principes hucusque declarari non potuit, quod eis oportunitas conveniendi cum serenissimo Rege nostro data non fuit, excusati habiti sunt apud S. Dnũm. N. nunc autem omnis occasio retardationis finem cepit. hinc id fieri *Supplicatur.* quod statuta dies promittit. Quamvis hoc solum sufficeret proposito nostro, maxime quando justitiam Amedistarum fructus eorum pandunt, qui post promissionem Augmenti fidei pacis & reformationis, in turpissimam Ecclesie divisionem ruentes his omnibus sacris promissis amplius Sathanice invidentes, ut casus habet, se Spiritum Domini caritatis & unitatis perdidisse opere manifestarunt,

 ut

ut dicit textus. 24. *Q.* 1. *ubi ſana. C. heretici. C. audivimus. & C. ſcisma.* ubi oſtenditur ſciſſuram procurantes Spiritum Xti non habere cujus corpus dilaniant. 23. *de Liguribus.* cum ſimilibus. & ipſum Spiritum Sanctum in ycumenica Synodo cum Dno noſtro fuiſſe quia tam admirabilem unitatibus fructum operatus eſt, quomodo nullum fuit Concilium Baſileæ tamdiu, ſed ordinatione Concilii translatum, tamen ad hoc ut garrulationibus eorum ſufficientiſſime videatur ſatisfactum, dico, quod Romanus pontifex, ſi judicari poſſet, a Concilio Univerſali tantum hoc poſſibile eſt. 2. *q.* 7. *ſicut inquit in gloſſa.* 5. *q.* 4. *nullus epiſcopus.* Sed nullum fuit univerſale Concilium Baſilienſe, tempore quo Amediſtæ Sanctiſſimum Dnum noſtrum niſi ſunt deponere, quia fuit translatum ſecundum ordinacionem Concilii ad Ferrariam, ut patet ex caſu, igitur irrita eſt depoſitio que translationem ſecuta eſt; non poſſunt Amediſte Caſum negare, quem in ea parte cedule concordate, ac non ſatisfactione Avininonenſium infra terminum confeſſi ſunt, quando anno Dni 1437 — feria 4ta ante pentecoſten magiſtrum Thomam de Carcellis ad principes noſtros Dominos electores miſerunt, ad impetrandam aſſiſtentiam pro Avenione, cum quo pro parte preſidentium Concurrebat Dnus Joannes Senior Abbas de Mülbrunno, ſed ſoliti ſunt dicere, numerum eorum, quoad Avenionem debuiſſe prevalere. dicitur eis, quod ſi poſt illam Concilii Ordinacionem, per quam Avinionenſis civitatis electio in eventum non ſolutionis caſſabatur,

tur, & ante electionem presidentium & eis adherentium per novam Ordinationem prima immutata fuisset; hoc forti possent allegare; sed ut casus habet, nulla mutatione Concilii facta de prima ordinatione ad electionem deventum est. Si igitur ipsi ad electionem per presidentes Concilii vocati & moniti in deputationibus existentes non voluerunt eligere quando potuerunt, hoc eligentibus non obest, *de electione. quia propter.* ibi: qui volunt & possunt. ubi glossa. concord: allegat, ipsi non negant, se eligere noluisse, sed, quod potuerunt, dicit Concilium in cedula concordata. quomodo Avinionensibus deficientibus, Concilium potest & tenetur, potuerunt igitur cum aliis eligere alium locum, & quia non fecerunt, sibi imputent, & per hoc omnia sophismata eorum sunt soluta, unde cum dicunt, Concilium potuisse immutasse ordinacionem suam, & in hoc est resolutio omnium suorum argumentorum, dicitur, etiamsi major pars Concilii hoc potuisset, conciliariter tamen hoc ante electionem actum non est, imo tres presidentes trium deputationum pro electione concluserunt, ut casus habet, si habent immutationem ante factam conciliariter, illam in medium ducant, sed quia non habent, fumus est caligine plenus obtenebrans oculos stolidorum, sermo eorum. Sed advertendum, quod etiam id verum non est, ipsos contradicentibus presidentibus & eis adherentibus potuisse illam concordem ordinacionem immutasse, primo cum vigor conciliaris dependeat, a consensu omnium. *XV. d. Canones. §. Synodus.*

nodus. & c. ſicut ſancti. in fine. cum ſimilibus. non potuiſſet fuiſſe tanta poteſtas ad tollendum ordinacionem, contradicentibus primis & eis adherentibus. ſed fuit in ordinacione unanimi. 2do quia expreſſus conſenſus Dni noſtri Pape debebat intervenire, ut habet caſus, & ponitur in decreto Conventionali 19 ſeſſionis. ſed quia conſtat ex omnibus bullis Dni noſtri, quod ſolum id permittit ratum & gratum habiturum, quod per preſidentes cum Concilio aut conſenſu Concilii ordinatur, aut concluditur, igitur in hoc caſu numerus major contradicentibus preſidentibus & parti eorum adherentibus, locum non habuiſſet, unde quia ad primum & ſupremum privilegium Apoſtolice ſedis ſpectare dinoſcitur, Concilia indicere. 17. *de Regula.* cum capitulis ſequentibus. 3. *Q.* 6. *dudum de elect. ſignificaſti.* & hoc erat in pactum deductum quod erat juris quoad conſtitutionem novi ycumenici Concilii, hinc nequaquam major numerus Concilii Papa non conſentiente hoc caſu prevaluiſſet, ubi enim Concilium eligere debuit & papa expreſſe conſentire minor pars cum Papa neceſſario prevaluiſſet, ut quisque palpabiliter conſpicit, ſed quia Papa conſenſit & approbavit electionem Dominorum preſidentium & eis adherentium, quod hoc caſu totum Concilium fecerunt in executione ordinatorum per Concilium aliis nolentibus, hinc patet Concilium ycumenicum ſecundum ordinacionem Concilii Baſilienſis rite fundatum, & cum duo univerſalia Concilia univerſalem Eccleſiam repreſentantia eſſe non poſſint ſimul & ſemel, ut eſt clarum,

rum, & adverſarii fatentur. hinc inchoato Concilio ycumenico Ferrarie Baſilee Concilium defeciſſe eſt manifeſtum. Adhoc adicio, quodſi fortaſſis nulla loci electio per Concilium valida fuiſſet, nihilominus ycumenici Concilii conſtitutio per Papam tum facta ordinacione Concilii facta fuiſſet; nam ut ex caſu patet, in bulla Dni noſtri, ubi electio loci confirmatur, id ipſum continetur; Dnus noſter ordinaverat reductionem in Conſtantinopoli fieri debere, ſed Concilium Baſileenſe, cui ipſe acquievit, voluit quod in his occidentalibus partibus fieret in uno ex nominatis locis, & quamvis ipſum Concilium in XI ſeſſione exhortaretur omnes incorporatos, ne ante reformationem in Concilii translacionem conſentirent, indicabat nihilominus in XIX ſeſſione cauſam reductionis Grecorum eſſe talem, quod etiam ob ipſam Concilium transferri deberet. ſi igitur hoc ita eſt, quomodo poterit negari Papam in uno ex locis Concilio in electione deficiente conſtituere potuiſſe ſynodum, cum ſit caput Concilii & Eccleſie, ut ipſum Concilium fatetur, in Reſponſione quondam facta ambaſiatoribus Domini noſtri, quæ incipit: Cogitanti, & in ſeſſione XIV nam dicere, non poſſe uti omni poteſtate conſtituendi ad edificationem Eccleſie hereticum eſt, ut notant doctores. 19. *de nulli fas. de electione. Generali. li. 6. XXV. Q. 2. ſi quis dogmata.* Paſcentiam enim in fide illimitate adeo habet, ita quod nulla conciliari poteſtate in hoc impediri poteſt, ſi igitur ſecundum ordinacionem Concilii neceſſarium erat Concilium in uno ex lo-

cis congregari, propter hanc laudatissimam caussam & approbatam in 19 & 24 sessionibus, nemo sana mente dicere potest, Papam, id quod per Concilium in edificationem Ecclesie judicatum est omnino fieri debere, facere non potuisse in defectu etiam Concilii.

Adhuc dico, si hec differentia, quæ erat ob locum inter Patres Concilii discuti debuit, ad caput Concilii scilicet Romanum Pontificem appellatione remota recurrendum erat. *XVII. de multis. VI. Q. IIII. si inter.* Si enim dissensiones episcoporum in provinciali Concilio ad caput provincie mandantur referri, tunc & dissensiones Episcoporum in universali Concilio ad caput ejus scilicet Rom. Pontificem, hoc enim argumentum facit synodus. 96. *d. bene quidem. & Glossa in allegato Capite: multis.* scilicet, quod ea habitudine se habeat Metropolitanus ad provincialem synodum, qua Papa ad universalem, & pro hoc est textus optimus. 23. *q.* 5. *de liguribus.* & in hoc casu, quando de constitutione ycumenici Concilii agebatur hoc est indubitatum penitus, cum sit de maximis illi sedi propriis Privilegiis. 2. *q.* 6. *ideo. ubi de hoc.* & in allegato *Cap. Multis.* 17. *d. quare* ejus Consultum intervenire debuit. ut ibidem. *& C. huic sedi. & C. Concilia. eadem. d.* demum si nec Concilium Basileense nec Rom. Pontifex Grecis locum deputasset, quomodo potest negari Concilium ycumenicum fuisse, quando personæ necessariæ secundum determinacionem 19e sessionis animo Concilium

lium celebrandi concurrerunt. si enim Papa & Patriarche ac alii episcopi per se aut representative animo celebrandi Concilium Ycumenicum Ferrarie conveniebant, nonne omnia necessaria ad Concilii illius celebrationem concurrebant secundum determinatum in illa sessione, hic impugnatio est frivola, non est enim de essentia Concilii, quod sit in tali vel tali loco, sed quod sint tales persone animo Concilium celebrandi, & conciliariter procedant, sicuti Ferrarie actum est. preterea si Basileense Concilium millesies ordinaset, quod dissolvi non deberet, nonne, si de facto illi necessarii ad Concilii celebrationem recessissent, Concilium defacto fuisset dissolutum, hoc enim dicitur in Concilio Toletano *hac era DCLXXXI* celebrato, quod nemo Concilium solvat, ante expedicionem agendorum, hoc est, recedat, recedere enim est dissolvere Concilium; si igitur Presidentes Apostolici Cardinales & alii maximi & primi & necessarii ad Concilii celebrationem & qui Concilium fundarunt & rexerunt, recesserunt de Basilea concurrentes pro celebrando ycumenico Concilio, grecis in ultimo portu existentibus, quomodo dici potest, Concilium Basileense tunc non fuisse dissolutum, quamvis civitas Basiliensis remanserit, & aliqui Prelati in ea, sine enim primo loco Basileensi & sine omnibus illis personis, qui ibi remanserant, potuit esse Concilium, nihil enim remansit, quod de essentia esset Concilii; nam aliquando fuit Basileæ Concilium sine omnibus illis prelatis, qui remanserunt, sed non sine illis presidentibus qui

recesserunt, ubi enim Papa non est presens, nec ejus legatio, non est regulare Concilium. 17. *d. Regula.* & *cap. Concilia.* ubi de hoc. sed potius est Acephalum. 21 *d.* submittitur 93. *d. nulla.* maxime in hoc casu, ubi legitima causa, scilicet reductionis Grecorum & Concilii Basiliensis ordinacio, in Convencionali decreto legatos abire compulit; defecit igitur conciliaris Authoritas Basilee, necessariis personis abeuntibus. postremo dico, quod Grecis reductis qualitercunque non potuit Basilee Concilium esse universalem militantem Ecclesiam representans. solum enim plenarium tocius orbis Concilium tale est, quod ex tota Xtianitate colligitur, ut ait S. Augustinus de unico baptismo, greci autem non reagnoverunt Basileense Concilium, nec pro Romano & patriarchali, ut in Bulla Patriarche habetur, quæ inseritur 19ne sessioni, qua propter si nos Grecos pro Catholicis habuissemus ab inicio, eis non concurrentibus incongrue dixissemus, Basileense Concilium universam Ecclesiam representare, cum solum occidentalem representasset, ita & post Grecorum reductionem non potuisset universam Ecclesiam representare, etiamsi Concilium fuisset. Sed cum solum Concilium universam militantem Ecclesiam representans sit illud plenarium, dequo loquitur Concilium Constanciense, cui omnis etiamsi Papalis dignitatis fuerit, obedire tenetur, ut etiam Basilienses semper confessi sunt, hinc patet, ipsos post Grecorum unionem etiam secundum sua principia in Dnum nostrum Papam nihil potuisse, scientes

tes hoc ſe evadere aliter non poſſe, non verentur, Spiritum Sanctum Sanctam Romanam Eccleſiam & ſacram ycumenicam ſynodum de mendacio arguere, dicentes, hoc non eſſe verum, quod Greci ſint reducti, ſed bulla aurea Imperatoris Grecorum cum ſubſcriptione Apocriſiariorum & XXVIII Archi Epiſcoporum Grecorum & bulla Smi Dni noſtri Pape atque diffinitio ſynodica Concilii ycumenici, quam principes noſtri ab Apoſtolica ſede receperunt, contrarium oſtendunt, quibus pocius credendum eſt, quam illis talibus viris, qui etiam fingunt Dnum noſtrum omnia ſimulati cum Grecis egiſſe, propter deſtruendam authoritatem Conciliorum, cum conſtet, ut etiam caſus habet, preter intentionem Dni noſtri Concilium in occidente habitum, quoniam ordinaverant in Conſtantinopoli reductionem fieri, ſi Concilium Baſileenſe acquieviſſet.

Solent objicere, Dnum noſtrum ante Grecorum adventum Concilium transtuliſſe Ferrariam, ſed caſus tollit argumentum; nemo ſane mentis negare poteſt, ſummo pontifici in tali caſu pro conſervacione unitatis, & ne Grecorum reductio impediretur, hoc potuiſſe, maxime qui ad caſum & ad translacionis bullam advertit, quando enim Eccleſia per orbem diffuſa & principes contradixerunt, ne hoc fieret, & illi pauci emuli paſſionatiſſimi propter confirmacionem electionis partis preſidentium in ſuum Caput ita ſevire ſub nomine Concilii attemptarunt, & ſe ſciſmaticos in illa

particularite conſtituerunt, in ſummum pontificem Judicis & actoris partes ſua ſponte ſibi vendicando, ſe ipſos ad Concilii celebracionem in abilitando, univerſalis Eccleſie conſenſu eis deficiente. Dnus noſter potius oſtendit. eos non facere Concilium, qui ad ſcisma properarunt, quod ab eis authoritatem conciliarem auferret, qua ſe indignos effecerunt. & ut Eccleſia ſciret pontificem injuſte diffamari, adjecit papa ſe velle oſtendere innocentiam in Concilio, ad quod eos, qui ipſum diffamaverunt cum ſalvo conductu advocavit, non igitur facta eſt translacio illa ſine cauſa, ſed ob urgentiſſimas neceſſarias & laudatiſſimas vitandi ſcismatis cauſas, per omnes orbis Xtiani naciones Reges & principes acceptas, nec fingere voluit, qui ſe obtulit id acturum per quod de ſua innocentia conſtaret, & in eo loco, ubi hoc potuit, nam non tenetur accuſatus accuſatores ſequi, ſed econverſo dicit *textus. 3. Q. 6. neminem cum ſequentibus.* ubi de hoc. ita egit *Gregorius* Papa *Sanctus. 2. Q. 7. ſi quis.* unde poſtquam hoc ſolum viderant illi viri preſumptuosſiſſimi, gaudere debuerant de principis Eccleſie piiſſima manſuetudine, & dum nullam notorietatem incorrigibilitatis in eo invenirent, deum laudare debuerant & amplius a proceſſu abſtinere, etiamſi crimina ficta non fuiſſent, omnium enim doctorum una eſt ſententia Concilium nihil poſſe in pontificem corrigibilem, ut notat *Gloſſa* 40. *d. ſi Papa.* ubi de hoc, ſed ipſi oſtenderunt, ſe nec ſalutem Eccleſie nec Capitis ejus querere, ſed factiones diabolicas ſcismaticas; hinc nulla ra-

tione

tione a parte Principum furor eorum ſedari potuit. Obiciunt XI^{am} ſeſſionem, que ſuſpendit transferentem, quam dicunt Dnum noſtrum per bullam approbaſſe. dico ſeſſionem illam non ligaſſe pontificis manus ad conſervationem unitatis Ecclesie, intelligi enim debuit, ſi absque cauſa rationabili hoc ageret, nec fuit illa ſeſſio accepta aut approbata per Dnũ noſtrum nam formaliter data ſanctitatis ſue in XIIII ſeſſione habet, quomodo ſanctitas ſua declaret Concilium proſecutionem habuiſſe in illis tribus, ſcilicet fide, ſcismate & reformacione, non approbando ſeſſiones. fuit etiam approbatio illa per Dnum noſtrum facta, Concilio ſe offerente in illa XIIII ſeſſione, quod eum pro Capite haberet, & ejus pedes ut Petri oscularetur, ſed poſtquam illi pauci ſe erexerunt contra caput, immemores eorum, quæ Concilium unanimiter tunc promiſit, etiamſi Dnus noſter approbaſſet illam ſeſſionem, eam tamen ſervare fidei fractoribus non tenebatur, nec quovis modo debebat, niſi & ipſi ab iſtis ſcandalis ceſſaſſent. videbitur eciam ſtatim infra, quod iniquus atque nullus ille citacionis ſeu monitionis actus fuerit, ut luce clarius conſtet, objectionem illam non eſſe niſi fumum caligine plenum oculos ſtolidorum obtenebrantem, & hoc de primo.

Circa ſecundum punctum: primo conſiderandum eſt. ſi in ſummum pontificem unicum & indubitatum ſententia per ſinodum ferri poteſt, extra caſum, ubi in dampnatam hereſin incidit, hoc opor-

oportet absque hesitacione certum esse, in dubio enim hoc non licere manifestum est, oportet enim judicis cujuscunque fundatam esse judicandi potestatem, sed quia Basilienses dicunt, universali Concilio hanc esse indultam potestatem, ipsi habent hoc probare, cum hic nondum sit notorium, nec per universam Ecclesiam sit receptum, nec sit in practica, de qua constet hoc visum, quod scilicet unquam synodus unicum indubitatum pontificem synodica authoritate judicaverit, nisi se sponte submitteret. Adducunt etiam illi hujus sententie pro se ritum Patrum atque synodicas diffiniciones simul & raciones, nam papam ad jus vocari posse per synodum non legitur in Canonibus, sed ipsi sunt Canones, qui dicunt, Rom. pontificem ad nullius commeare judicium. 9. *Q.* 3. *ipsi sunt.* & 22. *d. qua Contraditione.* & S. Julius Papa in epistola ad orientales, que incipit. *decuerat.* hoc ostendit, non enim potest judicari Principes & Caput Ecclesie, & Concilii a Concilio, tale enim Acephalum Concilium foret; 21. *dist.* submittitur. totum enim corpus Ecclesie habet autoritatem ab illo principatu, quem Deus posuit in pontifice Romano. 11. d. nolite errare. *de Conse. dist.* 1. *Basilicas.* & nihil est in Ecclesia, quod non sit prioritate in Petro & ejus successore, & per ejus medium in aliis. 19. *d. ita Dnus* fluit igitur a capite Ecclesie ubi est plenitudo potestatis, de usu Pallii. ad honorem. 2. *Q.* 6. *decreto.* & C. *qui se scit.* omnis potestas contracta, que est in Ecclesia, ut probatur ibidem, & optime in *Cap. significasti. de electione.* ipse enim impo-

nit

nit prelaturas aliis, atque ipſe eſt Caput illius Ecclesie prelatorum, qui regimen Ecclesie habent, & omnes rectores ejus membra, ut ibidem ſi in Ecclesia eſt judicandi poteſtas, in ipſo eſt ut in principe, & forte ob hoc Marcellus Papa & martir dicit in 5to capite ſuorum decretorum, ipſum eſſe judicem totius Ecclesie; non eſt igitur intelligibile quomodo judex judicetur ab his, quorum jurisdictio ab ipſo primo ducatur, ſeu medio ejus. Cujus poteſtas ligandi & ſolvendi a Deo eſt immediate, & in aliis non niſi eo mediante, ut ait S. Leo, ita nemo niſi in unitate cum eo videtur aliquid poſſe, cum ipſi ſit in omnibus principatum tenens, qui in Ecclesia reperiuntur, facit 24. *Q.* 1. *quicunque*. 7. *Q.* 1. *ſcire debes*. 93. *d. qui Kathedram.* & ob hoc ait *Optatus Milevitanus* contra *Parmenianum. Li.* 2. quod qui contra Petri Kathedram militant, ſe a poteſtate ligandi & ſolvendi ſubtrahunt, quia inde fluit, & ob hoc ut ſcribit *Leo IXus* contra preſumptiones *Michaelis Conſtantinopolitani in* 10. *C.* ſacra Nicena ſynodus ſtatuit, Romanum Pontificem non poſſe judicari a quoquam. hoc probatur 2. *Q.* 7. *in Sancta Nicena*, ubi ratio ponitur illius Nicene Conſtitutionis, cur ſummus pontifex judicari non poſſit; idem probatur 17. *d. huic &c.* 21. *d. nunc autem.* ubi Concilia fatentur, papam judicari non poſſe, & in ipſum ſententiam proferre non licere. ſed cauſam ejus aut Deo aut ſibi remittendum. ita dicit *Gloſſa*. 2. *Q.* 5. *mandaſti* & legitur in Romano Concilio preſidente Sylveſtro, ubi & Conſtantinus Imperator interfuit. cum 283 epi-

ſcopis,

ſcopis, hoc diffinitum per racionem, quod nemo judicari debet, niſi accuſetur, accuſari autem ſuperior ab inferiore non debet, ſed a pari. ut eſt textus 2. *Q.* 7. *Clericus.* ejusdem Concilii Silveſtri. quapropter ſummus judicari nequit, hoc etiam ex ſententia S. Dionifii ad Demophilum probatur, qui ait, non eſſe juſticiam in perverſitate ordinis, ſcilicet ubi etiam criminoſus a minori in gradu judicaretur. & ob hoc ait *textus.* 96. *d. quis dubitet.* nonne miſerabilis inſanie eſſe cognoſcitur, ſi filius Patrem discipulus magiſtrum ſibi conetur ſubjugare, & iniquis obligationibus illum ſue poteſtati ſubjicere, a quo credit non ſolum in terra ſed in celis ſe ligari poſſe, hinc preſumptuoſitatem *Dioscori* in Epheſina 2 ſynodo preſidentis conceſſione Imperiali & ſibi adherentium in tantum damnavit ſancta Calcedonenſis Synodus. 21. *d. in tantum.* & *Auguſtinus* ait, Sardicenſe Concilium potius hereticorum fuiſſe, quam Catholicorum, quia in *S. Julium* Papam ſententiam dare preſumpſit, multos doctiſſimos viros hujus ſententie eſſe conſtat, pro hac parte ſcribentes, & allegantes, maxime occaſionem recipientes ex ſciſſura, que Baſilee Concilii nomine facta eſt, dicentes multo conſulcius eſſe, in unitate Ecclefie pati malum prelatum, quam audaciam authoritativam preſtare cuicunque congregationi rebellandi & Eccleſiam ſcindendi & ſe ipſos in regimine intrudendi, ut nunc factum eſt. Illi ea, que ab adverſa parte obiciuntur, facile ſolvi poſſe arbitrantur; nam ubi alia pars ait omnia illa dicta, quod nemo judicare poteſt primam

ſedem,

ſedem, intelligi debere diſtributive, non collectivè ſeu ſynodice, reſpondent illam gloſſam non poſſe ſtare, nam diffinitum fuit in Nicena ſynodo, quomodo accuſaciones clericorum in Conciliis diffiniri debent, 3. *Q.* 6. *neminem.* 5. *Q.* 4. *nullus Epiſcopus* cum ſimilibus. Si igitur diffinitum eſt generaliter, nullum Epiſcopum niſi in legitima ſynodo judicari poſſe, & dicitur papam a nemine judicandum, manifeſtum eſt, hoc neceſſario etiam de Concilio intelligendum, uti Concilia intellexerunt, 17. *diſt.* §. *hinc etiam &c.* ibi cognita authoritate *Symachi* Pape, & 21. *diſt. nunc autem.* ubi pro cauſa Concilia illa allegant. ad id vero, quod alia pars octavam ſynodum allegat, *in c. diffinimus in* §. *porro* ubi dicitur, ſi univerſalis ſynodus fuerit congregata & quamvis ambiguitas de Romanorum Ecclesia exorta, oportere eam cum convenienti reverentia discutere & in ea proficere aut profectum facere. Reſpondent, iſti quod ſequitur, ſolvere augumentum, nam additur, non tamen audacter ſententiam dicere in Romanorum Papam; nam discutere & videre poſſunt Patres cum convenienti reverentia ea que obiciuntur, ut dicitur etiam 2. *Q.* 5. *mandaſtis.* ſed non ſententiam ferre, quia Deus ſibi reſervavit poteſtatem ſententionandi, ut dicit textus. 9. *Q.* 3. *aliorum. & c. facta.* & ob hoc Patres in Concilio, de quo in §. *hinc etiam.* cauſam Deo remiſerunt, per viam ſtatuti, ut patet in ſubſcriptione ibidem poſita. probatur id optime. 3. *Q.* 6. *quamvis.* ubi Concilium discutere poteſt, ſed non ſententionare. quod papa, qui eſt

ſupra

ſupra Concilium illud, ſibi reſervavit poteſtatem ſententionandi & terminandi. ad hoc autem, quod de Auguſtino objicitur ad *Glorium* & *Eluſium* ſcribens, quomodo reſtabat plenarium Concilium poſt judicium Melchiadis Pape, in quo de ipſo judice & judicio ejus judicari potuiſſet &c. Reſpondent, non illam fuiſſe intentionem Auguſtini, quaſi judicandi poteſtas ſupra ſummum pontificem ſit in plenario Concilio, nam ipſe fatetur, poſt Xtum omnes cauſas Magiſterii in *Petro* principe Eccleſie eſſe, ut in Libro queſtionum veteris & novi teſtamenti. Q. 79. ait. ſi igitur in Petro & ejus ſucceſſore eadem eſt poteſtas, ut idem videtur affirmare in epiſtola quam ipſe *Alipius* & *Fortunatus* ſcribunt ad Generoſum & per omnes hoc tenetur. 19. *diſt. ſic omnes.* 24. *Q.* 1. *quoniam vetus. & c. hec eſt fides.* 7. *Q.* 1. *factus eſt.* cum infinitis ſimilibus, tunc omnis poteſtas, que eſt explicata in Eccleſia, eſt in Papa, ut in principio cauſali complicatorie, ut ipſe poſuit omnia, que omnes, & plures ſi eſſent, quare non eſt ſententia Auguſtini, ſuperioritatem eſſe in Concilio ſupra Papam, ſed potius videtur voluiſſe in ea queſtione allegata omnem Concilii poteſtatem in ſuo Magiſterio a cauſa omnis Magiſterii *Petri* fluere. ut dicitur in *C. ſignificaſti.* & veteres Doctores Theologi pene omnes. ſed de *Melchiade* hoc dixit, quia datus fuit Commiſſarius a Conſtantino, & poſt ſententiam hereſin objiciebant Melchiadi, poterant igitur in hoc recurſum habuiſſe ad univerſalem ſynodum, cujus hec ſunt verba *de unico baptismo quaſi circa finem.* huc accedit

dit quod a *Melchiade* tunc Episcopo Romane Ecclesie presidente ex precepto *Constantini* Imperatoris ad quem totam illam causam accusatores Episcopi Carthaginensis Ecclesie *Ceciliani* per *Ancelium* proconsulem detulerunt. Idem Cecilianus innocens pronunciatus est, de quo judicio cum majores istorum importurissima pervicacia memorato Imperatori quererentur, quodonon plene neque rite fuerat examinatum atque depromptum, nihil de Melchiadis tradicione vel Thurificacione dixerunt, ad cujus audienciam non venire utique debuerunt, hoc pocius autem suggerentes Imperatori, aut ut suggereretur, instantes, quod apud traditorem codicum divinorum & ydolorum sacrificiis coinquinatum causam suam agere non deberent; hoc illi. de hoc idem *Augustinus* contra *Parmenianum* & in aliis locis. ad id autem quod de Constantiensi Concilio objiciunt, quomodo ibi diffinitum sit, eum, qui papalis dignitatis est, obedire debere Concilio in fide scismate & reformacione, & ubi contumaciter resisteret, eum puniri posse, ad juris remedia recurrendo. Respondent, id intelligendum esse, secundum tunc currentem casum quia dicitur, in presenti scismate & de Reformacione in capite & membris, quoad tempus illud scismatis, nam tunc omnia remedia, ut ad unitatem deveniretur, juris fuere. obediendum enim erat tunc in illo antiquo scismate, quoniam universa per orbem Ecclesia nullum contendentium unquam pro unico pontifice receperat, ut in eo dubio ad unitatem deveniretur, si igitur illa ordinacio facta

 fuit

fuit, ut facilius & ſecurius ad unitatem devèniretur, ut dicit ſeſſio quinta ejusdem Concilii, ubi hec acta ſunt, de quo caſu intelligi debet id, quod dicitur ibidem de punicione & remediis juris. non debet hoc ibi pro remedio inventum tempore ſcismatis ad tempus unitatis extendi. 1. Q. 7. ne pariat contrarium effectum, ſcilicet ne id quod pro unitate adipiſcenda ordinatum fuit, ſcisma faciat, uti modo vidimus Baſilee. & ita viſi ſunt Patres illud intellexiſſe, etiam *Martinus* Papa propterea illam ordinacionem non mutavit formam celebrandi Concilia, quando dedit poteſtatem preſidentibus ſenis, ut ſua auctoritate Concilium diſſolverent aut transferrent, & quando non aliud gratum habere voluit, quam quod ſui preſidentes de Conſilio Concilii aut conſenſu diffinirent, ex quibus clare conſpicitur, Martinum Papam non intellexiſſe per illam ordinacionem obſervanciam antiquam mutatam, & ſe nunc plus Concilio ſubeſſe, quam ante Concilium Conſtantienſe romani pontifices ſubfuerunt, quorum veſtigiis inherebat, non tamen ab hoc, quaſi male intelligeret Conſtancienſe Concilium reprehenſus legitur, dicunt igitur, ſi ille ordinaciones tempore unitatis locum habere debent, tunc oportet, ut referantur termini ad Papam & alios, ſecundum cujusque Condicionem, nam juris remedium in papa criminoſo non reperitur eſſe ſive prolatio qui levius pareret ſcisma quam remedium, ſi igitur hoc remedium prolacionis ſentencie non reperitur in jure aliquo cau-

tum

tum, non possumus hoc ita contra juris determinacionem interpretari. unde cum remedium juris sit non obedire prelato in his, que contra Deum & universalem statum Ecclesie Xti existunt, ut est concors omnium sententia, tunc prelato Ecclesie pessimo per non obedienciam resistitur, ubi Ecclesiam destruere vellet, & hoc est remedium sine scismatis periculo, & est oportunum & equissimum, quare illi conclusioni, Papam judicari nón posse, non propter personam Pontificis sed conservacionem unitatis Ecclesie, nihil, ut illi agunt, videtur obstare posset, cum autem tam superioritatem Concilii supra Papam vel Basilienses vel alii assignare volunt, dicunt, Xto convenit indevicebilitas ex natura, Ecclesie ex gracia, & ita Concilio Ecclesiam representante. Papa autem hoc privilegium non habet, quia peccare & deviare potest, sicut aliqui deviarunt; ad hoc respondent, quomodo certum est, multa Concilia errasse, sed Concilia universalem Ecclesie Consensum habentia, in his que sunt de necessitate salutis, non errant, imo si errarent, ab hoc est ibi salus, non enim potest fidelis ad impossibile obligari, hinc decipi nequit in eo, quod tota Ecclesia recepit, etiamsi alio tempore hoc correctionem receperit, Concilia autem posteriora corrigere priora admittit Augustinus de unico baptismo. sed sicut papa est deviabilis, ita quisque aliorum, Immo presumi decet Papam minus deviabilem, pro Petro enim rogavit Xtus, que efficax oratio obtinuit doctrinam veritatis in sede Petri nunquam defecisse. 24.

Q. 1. *quodcunque. in Glossa & C. a recta.* 1. *q.* 1. *quali.* quapropter si Papa est deviabilis, qui est caput Concilii, omnia alia membra deviare posse non est negandum, ut optime probatur ex dicto Augustini de Nuptiis & Concupiscentia dicentis. id quod dicitur Ecclesiam non habere maculam neque rugam, de futura non de ista intelligendum est, nam qui modo eam talem esse dicunt, & tamen in illa sunt, quoniam & ipsi fatentur habere peccata, si verum dicunt profecto quoniam mundi non sunt a peccatis, habent in his etiam maculam, si autem falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur, habent in his etiam rugam, si autem se dicunt habere ista non ipsam, ergo se non esse membra ejus nec se ad Corpus ejus pertinere fatentur, ut Ecclia sua confessione dampnetur. haec ille. Ecce quod Patres in Concilio qui sunt membra Concilii peccabilia, non possunt dicere Concilium esse Ecclesiam non habentem maculam neque rugam aut indeviabilitatem, cum Concilium non sit Corpus mathematicum sed ex membris peccabilibus unitum, ita, quod Concilium in ipsis habeat deviabilitatem; nec prodest eis allegacio sancti *Jeronimi XXIV. Q.* 1. *omnibus consideratis.* quoniam si hoc dictum de sacerdocio quod est in Ecclesia intelligitur, tunc de officio sacerdotali, a quo procedit ligandi atque solvendi potestas intelligi necesse est, quoniam est sine macula & ruga, cum Xtus per ministros operetur etiam malos, ut optime probatur, *de Consecr. dist.* 4. *Baptismus.* ita scilicet, quod illi in his que sunt de necessitate

salu-

ſalutis non errant in quibus conſenſerint, ſed quod quisque tamen eorum atque omnes ſint peccabiles & deviabiles. probatur per eundem *Jeronimum.* 11. *Q.* 5. *quando.* & 32. *q.* 11. *S. Paulus.* ubi ex dictis *Jeronimi* clare habes, injuſticias & impietates in ea, que eſt domus domini, eſſe poſſe. nonne hec ſententia graviſſimorum virorum talis eſt, quod adhuc non videtur certum, ſententiam dari poſſe in unicum Rom. pontificem. Immo, aliis quibus videtur Papam ſubeſſe & judicari poſſe, quia Canonibus ſanctorum tanquam membrum Ecclesie ſubeſt, & penis in eis contentis ſubicitur excepto Caſu epikeie, ubi ut princeps Ecclesie diſpenſatorie agit ob altiorem finem utilitatis vel neceſſitatis eccleſiam edificando, tamen hoc non poteſt equum videri, niſi ubi ex hoc judicio ſubinferretur major publica Eccleſie utilitas, ſicut & primis, nam quamvis Papa primus fuit filius Eccleſie, & ſic ſub legibus matris, antequam in principem erigeretur. 68. *d. quorum Vices.* & quamvis etiam ipſe principatus non eximat eum ab obſervancia legum matris Eccleſie, niſi ubi in caſu dato, non ſervit lex ſummi principatus, que eſt edificare, tamen non eſt recedendum a Papa, ante ſententiam. ut 8. *Q.* 4. *nonne.* & in ſepe allegato §. *hic etiam* 17. *d. excepta hereſi notoria*, ut infra dicetur. ſententia autem nunquam poteſt juſte ferri in eum, quando habet ſociam multitudinem, ut ſcisma timeatur. 23. *Q.* 11. *cum quisque.* quare ante omnem Concordanciam, ita ut ſcismatis periculum ſit ſublatum, non poteſt juſta ſententia ferri.

Injuriaretur enim Ecclesia, que ob correctionem cujuscunque scindi non meretur, maxime attento, quod malus Prelatus non potest Ecclesie tantum obesse, quantum scissura, & quia raro potest hoc accidere, quod pontifex non habeat defensores adherentes & sociam multitudinem, ita ut vix cum pace Ecclesie judicari possit, hinc etiam secundum illorum opinionem rarissime sentencia dari potest in eum. Concluditur igitur, cum in unum Romanum pontificem propter hoc, aut quia non putabant veteres hoc fieri posse, aut propter evitare periculum non reperitur efficaciter sententiam conciliarem datam, sed datam pocius reprehensam, omnino Basilienses hoc tempore exemplis majorum abstinere debuissent.

Processum illum Amedistarum si fieri potuisset, prefatis non obstantibus, adhuc scismaticum fuisse ex hoc habetur; Nam universalia Concilia universali traditione & consensu fiunt & recipiuntur, ut olim Basiliense Concilium diffinitive posuit in responsione illa famosa, que incipit, cogitari. allegans ad hoc dictum *S. Gregorii.* 15. *d. sicut sancti. in fine.* adijciens ibidem, quod unitas Ecclesie conciliaris ex eo multo major & perfectior est, quam unitas Regis unius aut imperatoris terreni, hec enim & errat & in varias sepe sentencias scinditur, Ecclesia autem nec errat nec sibi ipsi contradicit, hoc idem dicit textus *Canones* 15. *in fine.* dicens, dissencientes non facere Concilium, ita diffinitum est in octava synodo, oportere omnia illa,

illa, que de Ecclefiafticis rebus fynodice aguntur, omnium confenfu & unanimitate fieri; ait enim Bafilius Imperator ad fynodum, dicat nunc fancta & univerfalis fynodus, fi omnibus fanctiffimis Epifcopis concordantibus atque confentientibus prefens terminus deppromptus eft, oportet enim divina quamque cum univerforum Confenfu & Concordancia in Ecclefiafticis predicari & confirmari collegiis, facra fynodus dixit, omnes ita fapimus omnes ita predicamus omnes concinentes & confencientes fponte fubfcribimus, hoc eft veritatis judicium, hoc eft jufticie decretum. ad idem legitur in Concilio Toletano tempore Sifinandi Regis celebrato, ubi poft ordinacionem additur, Concilium autem nullus folvere audeat, nifi fuerint cuncta determinata, ita ut quicunque deliberacione communi finiuntur, epifcoporum fingulorum manibus fubfcribantur, tunc enim Deus fuorum facerdotum intereffe credendus eft conventu, fi tumultu abjecto follicite atque tranquille Ecclefiaftica negocia terminentur. hoc ibi. *V. Q.* 4. *in loco benedictionis.* ad idem legitur in Concilio *S. Martini* Pape tempore Conftantini 3tii celebrato Rome, ubi ita de Concilio Calcedonenfi ponitur; fancta Calcedonenfis fynodus diffinivit, hoc eft dicere omnium fanctorum Chorus, quoniam quod una fanctorum Patrum fynodus judicare videtur, tam omnes fynodi quam univerfi omnino Patres confirmare nofcuntur, utpote in eodem unoque verbo fibi viciffim per indiffolubilem concordiam concordantes. hoc ibi. —fynodus igitur eft Confonan-

cia. 1. *Q.* 7. *Convenientibus* §. *item Terasius.* ibi: *si vero synodalis Consonancia.* & *C. si qui voluerunt.* ibi. fateantur se communi Consensu Catholice Ecclesie statuta observaturos. & *Augustinus.* 2. *Q.* 7. puto. ibi: per universe Ecclesie statuta firmatum. 79. *d. si duo contra fas.* ubi communis consensus est id, quod Concilium, idem probatur 24. *Q.* 1. *majores.* ibi: *Coacta Synodus.* & *C. Acacius* 2. & 25. *q.* 1. *confidimus.* oportet igitur, quod persone, quæ Consensum cum subscriptione prebent, sint tales, quod Ecclesiam ipsam, cujus hoc est Concilium representent, scilicet si est Concilium provinciale, interesse debent persone provinciam representantes. legitur enim in C. 8. *Affricani Concilii*, placuit propter Ecclesiasticas causas, quod ad perniciem plebium sepe veterescunt Concilium fieri, ad quod omnes provincie, que primas sedes habent, de Conciliis suis binos aut quaternos eligerunt episcopos, legatos mittant, ut congregato conventu plena possit esse authoritas. ita diffinitum est in 8^va^ synodo in Patriarchalibus synodis Metropolitanos per se vel representative esse debere, in universalibus autem Papam & Patriarchas cum aliis, ut in 19. *sessione* olim Basiliensis Concilii etiam habetur. legitur enim in actione nona octavi Concilii in adventu vicarii troni Alexandrini, synodum dixisse, glorificamus Deum universorum, qui quod deerat universali synodo, supplevit, & nunc fecit eum perfectissimam representacio autem per legatos fit. 94. *d. C.* 1. ubi *Simachus* Papa ait: ubi nos presentes esse non possumus,

nostra

noſtra per noſtros repreſentetur authoritas. *fa.* 93. *d. c. fi.* & ob hoc in Affricano concilio ſtatutum legitur, & in omnibus conciliis obſervatum, quod Patres ſe propriis manibus in ſententiis & ſtatutis cum titulo ſuo ſubſcripſerint, ad oſtendendum, Conſenſum eorum interveniſſe, qui Eccleſiam repreſentabant, cujus erat Concilium, legitur enim in fine 8[vi] Conciſii, vicarius ſenioris Rome dixiſſe, quoniam providencia Dei in proſperum finem omnia devenerunt, negocia, oportet nos in ſcripti manu propria hec roborare, ſecundum ſynodicam conſequenciam. hoc ibi. Ecce quomodo ſubſcriptio quaſi de eſſentia videtur eſſe ſynodi propter oſtenſionem conſenſus eſt autem hic conſenſus in hoc judicio preſertim neceſſarius, quoniam non vincit major pars. *VI. Q.* 4. *C.* 1. 2. *&* 3. 65. *d. epiſcopum. in gloſ.* ſed ubi Epiſcopus a ſynodo venit judicandus, concors omnium ſentencia requiritur. 6. *Q.* 4. *ſiquis Epiſcopus.* 2. *gloſ. in C. multis.* 17. *d.* quare ſi Papa ab univerſali ſynodo judicari poteſt, omnium illius ſynodi conſenſus intervenire debet, & quoniam ipſum olim Baſilienſe Concilium ex univerſali repreſentacione Eccleſie Catholice ſibi vendicabat in papam judicandi poteſtatem, docere habet, perſonas Eccleſiam repreſentantes. interfuiſſe, & conſenſiſſe, ſi ſecundum ſuum etiam principum proceſſus debet eſſe alicujus momenti; ſed ut ex caſu habetur, prelati majores, Imperator nomine regnorum ſuorum & ſubditorum, Rex Francie, Rex Caſtelle, Rex Arragonum, Domini Electores, Nacio Italica, Dux Mediolanenſis, &

pene omnes Ecclesiam Catholicam representantes contradixerunt, igitur aliorum nomine Episcoporum processus non potest dici synodicus sed est irritus, arg. 63. *d. obeuntibus in textu & glossa* 66. *d. Archi Episcopus:* nec possunt Amediste dicere connivenciam Ecclesie Catholice quovis modo intervenisse, licet connivencia in requirentibus expressum consensum, ut in actibus conciliaribus non sufficeret, cum ibi subscriptio requiratur, nam Connivencia Pape secundum Laur. est, quando scitur & non contradicitur. 63. *d. Adrianus.* 24. *d. episcopi.* hic autem constabat de contradictione & protestacione jam dictorum. pretensa etiam sentencia eorum ostendit, Reges Cardinales Episcopos & universitates non consensisse, quia eis sub horribilibus penis ibi mandatur, ut sentencie acquiescant, ad hoc dico, quod in hoc judicio, ubi supremus pontifex debet judicari tanto plus Consensus est necessarius, quando scisma in Ecclesia si Consensus deest, & periculosius. nam cum S. Augustinus contra Parmenianum nos instruat insolubilibus racionibus, nihil posse malum pontificem Ecclesie obesse, & ob hoc nullum omnino dabilem necessariam scismatis causam, concludit, nunquam ob correctionem juste scisma fieri posse, ita est textus supra attactus 23. Q. 4. *cum quisque fratrum.* quapropter quando illi pauci videbant, ob contradictionem se procedere non posse, nisi scisma fieret, diabolica presumptione ducti sunt, ut dicit glossa. ad *Cor.* 10. temptacio vos non apprehendat nisi humana, & est dictum S. Augustini de

unico

unico baptismo. dicit enim, diabolicam presumptionem esse, sue opinioni inherere, usque ad Ecclesie scissuram. & bene possumus hoc dicere de istis Amedistis qui nulla Imperatoris Regum Principum humiliacione & pace, nulla presidentis persuasione sanctissima, nulla Catholici populi supplicacione, ne in matrem Ecclesiam & Xti Corpus sevirent, flecti potuerunt, quasi ab omnibus prelatis & nacionibus ac ab ipsa S. Rom. Ecclesia Spiritus Sani Concilii esset sublatus & ipsis miseris datus. o presumptio Luciferiana, demens & insana, qualis in Ecclesia in paucis nunquam legitur fuisse, sub concilii spe, & quia omnis scriptura & sanctorum doctrina eis adversabatur, ad solum Constanciense Concilium refugium habuerunt, & tamen non intellexerunt id quod allegarunt, nam illa synodus ait, quomodo universale Concilium universalem militantem Ecclesiam representans a Xto habet potestatem, hoc enim Concilium non facit scisma, quoniam intra se habet militantis Ecclesie Consensum quale non fuit illud malignantium scismaticorum conventiculum, Ecclesia per orbem dispersa contradicente, a qua se separantes Corpus Xti nisi sunt laniare & scismatici facti sunt. 23. Q. 2. *non vos cum* similibus. dicunt se universalem synodum, sicut & illi, qui ante septimam ycumenicam synodum in Constantinopoli congregati errorem suum, quem circa imagines habuerunt, sub nomine magni Concilii autorizare pretendebant, quibus in ipsa Catholica septima synodo in 6ta actione sic formaliter respondetur. quomodo

magna

magna & universalis fuit illa synodus, quam neque receperunt reliquarum presules Ecclesiarum sed anathemati hanc transmiserunt, non enim habuit adjutorem illius temporis Papam, vel eos qui circa ipsum sunt sacerdotes, nec etiam per vicarios ejus neque per hemiciclicam epistolam quemadmodum lex dictat conciliorum, sed nec consencientes patriarchas orientis Alexandrie scilicet ac Antiochie & sancte civitatis vel conministros & summos sacerdotes, qui cum ipsis existunt, vere fumus caligine plenus obtenebrans oculos stolidorum est sermo eorum. hæc ibi. & in libro de equitate potestatis, ubi investigat auctor, quid ad universale Concilium requiratur, centesimo primo Capitulo, ad suum propositum hanc Concilii universalis per Ecclesiam recepti adducit diffinicionem, per quam convincitur apertissime figmenta Amedistarum, quibus nomine universalis Concilii aures hominum obtundunt, non esse nisi fumum caligine plenum, stolidorum oculos obtenebrantem, nam loquitur de Ecclesia mathematice & abstracte non respiciendo ad Corpus aut ejus membra, & de Concilio geometrice tantum ad locum respicientes non ad personas consencientes, propter hoc eorum processus est Aritmeticus pluralitatem indefferenter concludentes, credentes quod armonica verbali modulacione fideles ita posse allicere, ut ipsi eis ducuntur, sed fumus eorum detectus est, — ad hoc processum non fuisse synodicum ex eo eciam constat, quod synodus illa ad certos fines fuit per Dñum *Martinum* atque post

per

per Dñum *Eugenium* inſtituta, ut in prima ſeſſione fundacionis olim Concilii Baſilienſis continetur, nequaquam autem ad talem proceſſum inſtaurandum, quare non ſynodire proceſſerunt, oportet enim, dicit ſynodus actu congregata ad accuſandum pontificem ſpecialiter ſynodum convocare. 17. *d.* §. *hic eciam.* 2. *Q.* 5. *mandaſti.* in quibus locis hoc probatur in Rom. pontifice & quod non ſufficeret generalis Concilii convocacio, niſi de hoc in convocacione ſpecialiter eſſet cautum, quoad judicium Epiſcopi cujuscunque probari videtur. 5. *Q.* 4. *nullus Epiſcopus*, *conjuncta gloſſa.* & *C. duodecim.* patet igitur, quod cum illi pauci ſynodice non proceſſerint ſed contra apoſtolicam ſedem rebellaverint, quod nemo de eorum judicio timere debet, dicit textus *S. Gregorii.* 19. *d. nulli fas.* dico nec illum proceſſum contra Epiſcopum fuiſſe legitimum. de eſſencia enim ibi neceſſario XII ſunt Epiſcopi per reum electi cum eorum ſuperiore. 3. *Q.* 8. *cujus in agendo.* 5. *Q.* 4. *duodecim.* & non poteſt ſynodice non ab illa electa ſynodo judicari. 2. *Q.* 4. *nullum.* debent enim illi electi duodecim omnibus & ſingulis negociis intereſſe, & cum gravitate & ſubſcriptione propria procedere & concordare. hic autem non fuerunt 12. nec illi qui erant, fuerunt electi, ſed ſuſpectiſſimi, ut ex conditione & preſumptione eorum, hoc eſt plusquam notorium manifeſtum eſt autem, ſi univerſalis ſynodus propter preſidentem ſuſpecta eſſet, nihil valere quod agit contra Epiſcopum etiam ceu contuma-

tumacem ut de Calcedonensi exemplum habetur 3. Q. 5. *quia suspecti.* videre an testes fuerunt ut jus vult, 2. Q. 7. *testes.* quando iidem actores judices & testes esse presumpserunt, ut injustior processus esse non posset. quapropter irritum & temerarium, fecerunt contra suum Dominum Xti vicarium scismaticum processum.

Est consuetudo Amedistarum omni excogitabili modo absque erubescencia per figmenta maleacta colorare, hinc dicunt, non potest negari, in heresi anathema esse, & hereticum se ipsum ab Ecclesia abscindere; 1. Q. 1. *si quis.* inquit de Ecclesia heretica presumptione exierit, a se ipso dampnatur. 4. Q. 5. C. 1. 24. Q. 1. C. 1. 2. & 3. sed sic est, quod *Eugenius* est hereticus. quare omne id, quod contra processum obicitur, non prodest; nituntur autem minorem probare ex suis confictis tribus veritatibus & translacione Concilii ex Decreto, quod incipit, *Moyses*, & bulla, ut dicunt, studio Tolosano missa, ad hoc facilis est responsio, quia dum miseri illi Amediste in pontificem diabolice sevientes & propter conservare conciliorum authoritatem se omnia agere dixissent, tunc pessimam intencionem suam propalarunt, nam dum se deficere conspexissent in processu, quem super certis excogitatis criminibus sua sponte instaurarunt, dicente olim Panormitano Relacione audita, ex illo locis se probaturum, ex illo iniquo processu nihil fieri posse in jure contra Dnum nostrum, statim ad heresim refugium quesiverunt, ne in proposito

posito maligno deficerent, & quia non repererunt Dnum nostrum citatum super heresi neque causam ipsam hereticandi, novos quosdam articulos, quos veritates vocant, more suo fantastico veritas fidei, tunc primo decreverunt pro medio hereticandi principem fidei, romanum pontificem, quasi dicerent, si necessarium est ad hoc ut pape objiciatur quod sit hereticus, eum faciemus hereticum, sive velit sive nolit, & dum in his factionibus vigilarent, contradictum est ducibus malignis per eos qui Ecclesiam representarunt, ac per prelatos tunc Basilee existentes pene omnes, per olim Panormitanum & longe majorem partem, qui palam de injusticia eorum, qui sine eorum prelatorum Consensu in materia fidei attemptabantur, & solempniter protestabantur; ut pridie Domini deputati dum subscripta protestacio manu notarii Concilii legeretur, clare intellexerunt; nihil est igitur id quod dicitur de illis veritatibus in subsidium Complecionis perverse intencionis fabricatis, & inimici nostri idipsum tunc & judices & prelati iudicarunt hoc injustum, verecundentur igitur & sileant, nam quare ad heresin confugerunt miseri, qui ostendere attemptarunt, in alio quam heresi casu, papam per Concilium deponi posse, nonne per hoc, quod sue factioni heresin necessariam estimarunt, ad quam confugerunt, authoritatem conciliorum, quam ut novam edificare se dixerunt, dereliquerunt, & ad indubitatum casum heresis reversi sunt, se in personam pontificis sevire pocius, quam de conciliorum authoritate curam

ram

ram agere, opere inefficaci ostendentes; dicunt Dnum nostrum ex eo hereticum esse, quod transtulit Concilium, tale argumentum paucissimi sensus homines non fecissent; ponatur, papam actum prohibitum fecisse, quomodo ex peccato in facto concludi potest heresis in fide, & in racionis judicio, si omnis prohibicionem transgrediens argui debet tanquam male de prohibicionis potestate senciens hereticus, non erit peccatum mortale sine heresi, ad hoc autem ut calumpnia eorum apertius aspiciatur, considerandum, quoniam ipsi Amedisti Dnūm nostrum diffamarunt, quasi ipse pro libito concilia transferre & dissolvere posse crederet, hoc inconveniens arguentes, quid subesse tenetur in tribus, ut constanciae determinatum reperitur, igitur non debet esse in potestate illius, qui subest, concilium ad libitum mutare. sed Dnus noster nunquam pro libito sibi licere dissolvere Concilia aut transferre dixit, sed non dubitat decretis concilii Constanciensis non obstantibus, quod hoc etiam nullibi prohibetur, hoc sibi licere causis racionabilibus existentibus, causas autem in translacione allegat racionabiles, non dicens, pro libito, ut fingunt Amediste, ita eciam Martinus Papa credidit, qui suis presidentibus dedit facultatem sua auctoritate Concilium dissolvendi & transferendi, ut in bulla ejus inserta prime sessioni Basiliensis Concilii continetur, unde cum multa leguntur Concilia etiam racione congregata propter malum processum aberrasse, ut exemptum de 2da ephesina synodo legimus, quam Leo Papa

Papa ammovit & Calcedonensem instituit, tunc si apud principem Ecclesie non esset potestas malis conciliis resistendi ex justis & optimis causis, non esset in Ecclesia principatus cum plenitudine potestatis in edificacionem, nec esset Ecclesie bene provisum & sufficienter. est igitur illud propter quod nisi sunt illi Dominum nostrum hereticare, in ipsis dampnatissima heresis, non credentes imo dampnantes papam resistere posse destructionibus unitatis pacis et fidei Ecclesie, negantes in ipso omnem potestatis plenitudinem ad conservacionem & edificacionem Ecclesie. An autem cause translacionis racionabiles fuerint exitus docuit, a fructu enim juxta Xti doctrinam Cognicionem accipientes negare non possumus translacionem eciam per auctoritatis Conciliorum conservacionem necessariam, nam si translacio scisma Basileae factum non precessisset, ita quod dici posset, Concilium fecisse scisma, quo malo nihil in Ecclesia pejus, ut probat *Jeronimus* 24. *Q.* 1. *non afferamus*; quis amplius veneraretur Concilia quasi sancta, postquam talem fructum pessimum Concilium Basiliense visum fuisset peperisse, aut quis magnam authoritatem Conciliis inesse crederet, postquam compertum est, omnes reges principes & prelatos in faciem contradixisse Concilio Basiliensi, nonne translacio authoritatem salvat, ut nunc dicatur, non erat Concilium, quod scisma fecit, aut cui contradictum est, sed ante fuit translatum loquuntur eciam de Conciliorum dissolucione fantastice, non adrectentes, dissolucionem quoad Caput con-

 cilii,

cilii, cujus mandato collectio facta eſt, aliud non eſſe quam mandati ſublacionem & abſolucionem, ut quisque ad propria redire poſſit. quomodo poteſt papa notari, quaſi horrendum crimen incidiſſe, quia prelatis libertatem redeundi ad paſtoralem curam preſtitit, ſi quis geſta conciliorum veterum Canonice celebratorum legerit, ita reperiet, & eos, qui in hoc fundamentum vanum locarunt, juſte deridebit; nec obſtat, quod patres Conſtantienſes ſibi ipſis legem ſtatuerunt, quam diſſolvi nollent unione non peracta. ita enim poterant facere, & neceſſitas procurande unionis ita fieri expoſcebat; nullo uno indubitato pontifice in univerſa Ecclesia preſidente hoc ſecus. dicunt de bullis prenominatis, poſt eorum dampnatam ſententiam editis, in quibus ajunt Papam male de concilii autoritate ſentire, ſuam ſentenciam ex noviter productis juſtificando. Sed hec eorum dicta, ut alia omnia ſunt fumus caligine plenus, non enim in bulla Moyſes aut alia Conciliorum auctoritatem aut decreta Conſtancienſis Concilii dampnat, ſed hereticum intellectum Amediſtarum; nam Amediſte per totum orbem ſuas ineptias ad Conſtancienſe Concilium pro colore ſuo reducere nituntur, quaſi ipſis ſcisma faciendi Conſtancienſe Concilium auctoritatem preſtiterit, hoc non eſt honorare ſed plasphemare pocius ſacrum Conſtancienſe Concilium dicunt ipſi Concilium univerſale, univerſalem militantem Eccleſiam repreſentans, immediate a Xto habet poteſtatem, hoc ad ſanum intellectum ſecundum verba Concilii nemo negaret, quia

Papa

Papa etiam de Concilio illo eſt, ymo caput ejus, ut non negavit eciam olim Baſilienſe Concilium, ſi enim eſt Caput Eccleſie vere, a majori & repreſentate in Concilio ſed dum ſubiciunt olim Arelatenſis & ſui ſequaces: nos conſtituimus illud Concilium, quia ſumus Baſilee, non obſtante, contradictione Eccleſie Romane, Ytalice Gallice Germanice Hiſpanice & Anglice, hinc poſſumus de papatu, Imperio, & omnibus regnis diſponere & omnes tenentur nobis obedire; certe iſtud eſt falſiſſimum & hereticum, quod autem hunc intellectum habuerint illi pauci opere oſtenderunt, preſertim in pretenſa ſentencia contra D. Noſtrum lata, ubi non obſtante contradictione omnium ſentenciam depoſitionis etiam in contradicentes niſi ſunt promulgare, tales preſumptiones & alias multas contra veritatem in praxi oſtenſas Caligine plenas Dnus noſter dampnat, non Concilium Conſtancienſe, quamvis per unam obedienciam hoc ſit determinatum, de qua ſanctitas ſua tunc non erat, ex quo Amediſte errorum ſuorum fulcimentum elicere ſatagunt, ymo in bono & vero intellectu pocius illas ordinaciones quas ſanctitas ſua conciliares affirmat laudat & approbat, quam inficiat, ut ex tenore Bulle Moyſes rectum judicium habens clare poterit intueri.

Pudet amplius de intruſione *Amedei* olim Sabaudie ducis verba fundere, quam univerſus Xtianus orbis deteſtatur, nam illi temerarii viri primo abſque omni ſententia omnia papalia nomine ſuperiori-

rioritatis Concilii sibi usurparunt, quod ante nunquam legitur factum, & quoniam cum ipsis adhuc Apostolica sedes quam penitus extinguere non poterant concurrebat, cogitabant per quandam pretensissimam suspensionem, ad se omnem papalem auctoritatem sua sponte attrahere semper Ecclesia per orbem dispersa contradicente, sed ut se in principatu sic usurpato conservaret, post injuriosissimam sentenciam ad electionem Antipape more Simearum ut ait S. Cyprianus, processerunt, Simeae enim aliquid simile habent & operantur ut homines, bestie tamen sunt racione carentes, ita quidem et Scismatici isti egerunt, tamen si hic locus esset cuncta impugnandi, famositates caligine plenas in omnibus eorum operibus facile patefacerem. nam primo tres elegerunt, qui habebant omnem potestatem, illi alios qui synodi auctoritatem in eligendo haberent, & multas tales fantasias Ludibriosas & ridendas in praxi posuerunt scismatico, primo notorium est, Ecclesiam ut sepedictum est, illis contradixisse, cum ergo in electionibus debeat Consensus esse Ecclesie, cui preficiendus est prelatus, quia nullus invitis debet dari Episcopus 61. *d. nullus invitis*, & nulla racio sinit, aliquem inter Episcopos haberi, qui non est per clerum Romanum electus de Papali Consensu. 23. *d. in nomine Domini.* 62. *d. nulla racio*, si igitur hoc est verum & negari nequeat, quia infinita sunt jura ad hoc, quomodo vendicabant sibi illi pauci potestatem, universe Ecclesie antistitem eligendi, qui nunquam illam habuerunt, & ex eo, quia Basilee

ſilee erant, eam minime acquirere potuerunt, Ecclesia eis expreſſe contradicente. dicunt nos omnes citavimus, ut venirent. fatua allegacio, putabat olim Arelatenſis ex eo quia ipſe fuit *Baſilee*, quod ideo ipſe & ſibi adherentes in Cardinales & Pontifices ſuis factionibus malis non acquieſcentes, citandi aut cohercendi poteſtatem acquiſiviſſet; mirares de tam calignoſo fumo, non enim ex loco Concilii cuiquam in Concilio aut omnibus ſimilis poteſtas accreſcit, ſed ex omnium conſenſu, unde niſi romani pontificis intereſſet auctoritas, cui omnes obedire tenentur, nemo ad conveniendum in Epiſcopos cohercicionem haberet, ita quidem de Metropolitano dicitur in provinciali, & optime Concilium 96. *d. bene quidem.* hanc comparacionem facit de papa quoad univerſale Concilium, & de metropolitano quoad provinciale, dicens utriusque conſenſum in ſuo Concilio neceſſarium, & quia abierat apoſtolicus legatus ex cauſa rationabili, & non interfuit apoſtolica cenſura, nec conſenſus Ecclesie fuit in his, que attemptabantur dignum riſu eſt, olim arelatenſem cum ſuis citacionem allegare, que emanavit a nullam poteſtatem habente. deinde ſi perſone ille, que de electione ſe intromiſerunt conſiderantur, nonne eo ipſo perjuri & Scismatici & excommunicati fuerunt, non ſolum, quia contra preſtitum juramentum apoſtolice ſedi de unitate conſervanda juxta *C. ſignificaſti, de elect.* eligere antipapam attemptarunt, ſed etiam quia contra juramentum in Concilio preſtitum temere venerunt, jurarunt enim in ſua incorporacione,

ſanum Conſilium dare in his, ad que ſynodus congregata fuit, ſecundum nomina deputacionem, de pace fide reformacione, & acceſſerunt contra pacem & unitatem Eccleſie ad ſciſſuram peragendam, nonne de Sabaudienſi Dominio omnes majores fuerunt accurentes electionis tempore, quis cogitaſſet poſſe viros Eccleſiaſticos ita faſcinari, ut non verecundarentur cum juramento intrare conclave ad illum eligendum, quem non eligere non potuerunt, quem dudum principalis preſcivit hac arte preficiendum, cogitare debuiſſet, Deum aliquando vindicaturum hoc grande nephas, ſcio neminem eorum unquam legiſſe aliquem unicum romanum pontificem valide & ſynodice dejectum, & eo vivente alium electum. ait enim textus. ſed vir. 7. Q. 1. Eccleſiam que recedit a pontifice ſponſo ſuo propter fornicacionem eo viventi accipere alium non debere, ita arguit S. Cyprianus Novacianum vivente *Cornelio* eligi non potuiſſe, *in C. factus eſt. e. c. & q.* dico notanter quando Eccleſia ſe ſeparat ab Epiſcopo ſuo propter fornicacionem enim, illamet Eccleſia ſe alteri copulare non debet, ut ibidem. quam provide & caute hoc dictum ſit, quisque bene intelligit, ſed non queſiverunt Amediſte Eccleſie ſalutem, alias abſtinuiſſent ab electione, ſed ſe ipſos ſemper queſierunt, hinc illum contra ſanctorum Patrum canones erigere niſi ſunt, cujus potentiam ad aſſequendum propoſitum juvarentur, eligerunt enim Laicum quem omnia jura dicunt ineligibilem, maxime ad pontificatum Romanum. 79. *d. ſi quis.* 23. *d. in nomine Domini.* & ob hoc

anathe-

anathemazizati & antichriſtiani cenſendi ſunt, ut ibidem. & ait ſancta magna ycumenica octava ſynodus, de Patriarcha Romano etiam hoc ipſum disponens, quod nemo de ſenatoria dignitate vel mundana converſacione nuper tonſus ſub intencione vel expectacione Patriarchatus honoris, clericus vel monachus factus, ad hujusmodi gradum ſcandere poſſit, licet per ſingulos ordines divini ſacerdotii plurimum temporis feciſſe probetur, neque enim propter timorem aut amorem Dei aut propter exſpectationem tranſeundi viam virtutum ſed ob amorem Glorie & principatus tonſus hujusmodi reperitur, ſi vero quis per nullam ſuſpicionem predicte concupiſcentie & expectacionis ſed propter ipſum bonum humilitatis que eſt circa Xtum Jeſum abrenuncians mundo fiat clericus aut monachus & omnem gradum Eccleſiaſticum tranſigens per diffinita nunc tempora irreprehenſibilis inventus exiterit & probatus, ita ut in gradu lectoris annum compleat, in ſubdiaconi vero Duos ſitque Diaconus tribus, presbyter quatuor annis, bene placuit ſancte & univerſali ſynodo, eligi hunc atque admitti; & infra ſi vero præter hanc diffinitionem noſtram quisquam ad jam fatum ſupremum honorem provectus exiterit, reprobetur & ab omni ſacerdotali operacione prorſus abiciatur, utpote qui extra ſacros Canones ſit promotus, hoc ibi. an autem Amedeus quandam religionem Laicalem aſſumens evaſerit ſuſpicionem, de qua in jam dicto canone, orbi notiſſimum eſt dudum ante annos plures omnes audivimus ſub ſpe papatus

ipſum talem vitam aſſumpſiſſe, eligerunt igitur illum in ſupremum rectorem Eccleſie, qui nunquam Eccleſiaſticam ſubintravit militiam, contra ea que habentur 61. *d. in ſacerdotibus.* & *c. miramur.* & per totum. & quem magna ſynodus reprobari & deponi jubet, & quem illi qui ſe Concilium reformatoriale in capite & membris predicant, abicere debuiſſet, ſi eum Petri ſedem occupare repeiſſent, hec ſic ſummarie dixerim, ut conſtet Dño noſtro ſanctiſſimo Eugenio objectiones Baſilienſium non obeſſe, quia vere fumus eſt caligine plenus obtenebrans oculos ſtolidorum ſermo eorum.

II.

LITTERE FELICIS PP. AD VNIVERSITATEM ERFORDIENSEM.

F*elix* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filijs Rectori & univerſitati ſtudij Erfordienſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Zelum quem ad univerſalem Eccleſiam ac nos geritis ex dilecto filio *Marco bonifilij* in Theologia Magiſtro Oratore noſtro, qui ſuperioribus diebus ex Polonia ad nos redijt plene intelleximus, qua ex re plurimum Devotiones veſtras commendamus, gaudentes in Domino quod doctos viros in tutelam fidei habemus, hortamurque ut perſeveretis in ſancto propoſito juſtitiam & veritatem pro qua una cum ſacro Concilio Baſilienſi adverſus hoſtes fidei

fidei pugnamus, defendentes. Ceterum remittentes eundem *Marcum* ſuper factis Eccleſie & noſtris iterum ad Poloniam eidem commiſimus ut aliqua noſtro nomine vobis exponat, quare velitis eidem fidem preſtare, credentiam in dicendis & favores in agendis oportunos, pro his pro veſtris negotijs ad nos ſemper cum fiducia rectiſſimi, qui univerſitatem veſtram in cunctis poſſibilibus habebimus recommiſſam. Datum *Baſilee* II. Kal. novembris Anno a Nativitate Domini M°CCCC°XLII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

III.

RESPONSIO DATA AMBASIATORIBVS REGIS ROMANORVM ET PRINCIPVM ELECTORVM FLORENTIE PER OLIM EVGENIVM PAPAM IN CONSISTORIO SECRETO IN DIE CONCEPTIONIS MCCCCXLII.

De Venerabilium Fratrum noſtrorum ſancte Romane Eccleſie Cardinalium Conſilio reſpondemus ut ſequitur: Deſiderium Cariſſimi in Chriſto filij noſtri *Frederici* in Regem Romanorum Electi Illuſtris ac Venerabilium Fratrum, Dilectorum filiorum nobilium Electorum Imperii, in quantum pacem & unionem Eccleſie, ſicut eorum nomine dixiſtis, deſiderare videntur, in Domino commendamus. Verum nobis Univerſale Concilium in quo tota repreſentatur Chriſti Eccleſia, quod ſancte

Apoſtolice ſedis concurrente Patriarcharum totius Orbis conſenſu firmavit auctoritas, admirabili Dei opera gloria ſublimavit, illudque cunctis ſeculis celeberrimum reddidit, in quo etiam reliqua ad unitatem & pacem ac reformationem Eccleſie nec non dubiorum declarationem, ſi qua forent, ample & ſalubriter perfici poſſent, non ſufficimus admirari vos ex prefatorum Electi & Electorum parte ſupplicaſſe ut votum noſtrum ad alterius generalis indubitati Concilij convocationem conferre velimus, quaſi innuere volueritis hoc ipſum ſacrum univerſale Concilium & pro divinis illius operibus omni ſeculo venerabile dubium reputari, quod nihil aliud eſſet quam ſaluti innumerabilium animarum contraire, oppugnare fidem catholicam ac Dei ordinationi reſiſtere. Optaremus valde ut ij qui in tali errore tenentur, ratione inſtruerentur, quo rejectis ſtultis ac perfidis Baſilienſium dogmatibus doctrinam ipſius ſancte Apoſtolice ſedis, in qua Chriſtiana Religio ſemper inviolata permanſit, quanquam Dominus noſter Jeſus fidei matrem & magiſtram inſtituit, que etiam Generalia Concilia recte & rite celebrata cum omni veneratione ſuſcepit, ſicut & nos ſuſcipimus & amplectimur humiliter ſequerentur, ſimulque cognoſcerent, quam apertos inimicos & hoſtes ſpiritus ſancti ſe facerent, qui ut unitatis & pacis auctor tantarum gentium populos nationes & linguas multis retro ſeculis ab ipſa ſancta ſede Apoſtolica diſſidentes in unam fidei veritatem per noſtrum & ipſius Concilij univerſalis miniſterium mirabiliter

copu-

copulavit, qua de re, si quid ad pacem & reformationem Ecclesie ac dubiorum declarationem superesse videatur, in hoc ipso universali Concilio recte atque commode absolvi potest, quin etiam & alio convenientiori modo quam per convocationem novi Concilij his rebus bene consuli posse dubium non est. ut tamen Electo & Electoribus predictis, quantum cum Deo valemus, morem geramus, Nos cum prefato Concilio Universali ad Almam urbem Romanam in Lateranensem & Patriarcharum omnium Ecclesiarum primam transferre intendimus; indeque Prelatos aliquos & omni natione convocare, cum quibus an etiam aliud numerosius Concilium indicere expediat, & qui ad id admitti vel qui repelli debeant ac de modo in eo procedendi deliberemus, quo omni deformitate ac scandalorum occasione sublata veluti que ex novo procedendi modo his nostris temporibus perniciose invaluit, obviare; super quibus voluissemus conferre si ad ea venissetis instructi, quod cum factum non sit, ut & vos requisiti sepius dixistis, intendimus Oratores nostros ad prefatum Electum et Electores mittere qui cum eis de predictis conferre habeant, quanquam nullo modo videre possumus, quid cum eis ultra dicere valeamus, nisi eorum neutralitate seu animorum suspensione deposita, quam Christi fides ignorat, ad pristinam nobis & huic sancte Apostolice sedi reverentiam & obedientiam primo revertantur ut debent & ex salutis sue necessitate tenentur, quo uno, si bene considerent, absque alio labore unitas

tas

tas in Dei Ecclesia reintegrari potest & maxime cum non videamus, quomodo ad ipsum Concilium admitti & in eo consedere debeant neutrales. Quodsi velut fideles & hujus sancte sedis Apostolice devoti effecerint, ut speramus & per viscera misericordie Domini nostri Jesu Christi requirimus, habita postmodum super predictis collatione cum eis & Prelati vocandi sunt cum alijs hic existentibus, aliud etiam numerosius Concilium indicendum suaserunt, id Deo Auctore facere intendimus ac nostrum tunc propositum reliquis Regibus & Principibus, qui Constantes permanserunt nobiscum in temptationibus nostris & fideliter secuti sunt, intimare, quatenus ipsis consultis res ipsa celebrior & firmior & stabilior habeatur. superest ut dictos Electores & Electum hortemur in Domino, ut salubria monita suscipientes, perditionis filios *Basilee* existentes Domum Dei cum tanta offensa, nostraque & hujus sancte Apostolice sedis nec non Prelatorum Regum & Principum & aliorum fidelium injuria amplius profanare non sinant, sed ipsis abjectis atque exterminatis nobiscum in Domo Dei ambulent cum consensu, quo dignos fructus Deo reddant & animarum suarum salutem cum Dei timore consequantur.

IV.

IV.

CONCILIVM BASILIENSE AD VNIVERSITATEM ERFORDENSEM.

Sacro ſancta Generalis ſynodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam repreſentans Dilectis Eccleſie filijs Rectori Doctoribus & Magiſtris Univerſitatis ſtudij Erfordenſis ſalutem & Omnipotentis Dei benedictionem. Sic Devotiones veſtras lucide res hucusque in Eccleſia geſtas cognoviſſe credimus, ut non neceſſarium arbitramur in auribus earundem Devotionum veſtrarum multa diſſerere de diuturnis & gravibus laboribus quos hec ſancta ſynodus pro ſuſtinenda univerſalis Eccleſie & ſacrorum Generalium Conciliorum auctoritate & fide Catholica pariter cum ſanctiſſimo Domino *Felice* PP. V. pertulit, ne illa que pro fide ipſa & animarum ſalute & reformatione Eccleſie in capite & in membris ex conſenſu totius orbis catholici in duobus Concilijs tam ſolemnibus Conſtantienſi & hoc Baſilienſi geſta, ordinata & decretata ſunt, in nihilum ruere ſinerentur, ne quoque proſcripta auctoritate univerſalium ſynodorum ad quam pro decidendis queſtionibus fidem concernentibus, pro edendis ſacris Canonibus in ſalubre regimen omnis vite & actionis Chriſtiane pro unitateque in Concilijs Chriſti Eccleſie videlicet catholice conſervanda ſummus ſemper recurſus etiam ab ipſis temporibus Apoſtolorum habitus eſt, deinceps hereſibus deformi-

formitatibus morum & ſcismatibus quedam effrenata pateſceret licentia, ſingularis autem nobis in ea re fuit preſtolatio ut inſignes prelati & incliti Principes qui in Romana verſantur curia primo & præcipue Principatuum terrenorum uti & aliorum litteratorum virorum illuminati doctrinis atque ſalutaribus orationibus perſuaſi ipſam Dei Eccleſiam in tantis jam calamitatibus & languoribus conſtitutam efficaciter adjuvarent, ejus auctoritatem a Chriſto Deo & ſalvatore noſtro donatam confovendo & ſuſtinendo ac juſtitie & veritati palam . . inherendo, in quam rem ſcimus etiam Devotiones veſtras multam hucusque operam contuliſſe, ſed nimium affligit univerſum gregem Chriſti, nimium animas & conſcientias Catholicorum perturbat longanimis in captanda concluſione dilatio, inde errores creſcunt, veritas Katholica obtenebratur, auctoritatis & discipline Eccleſiaſtice vigor confunditur, juſtitia conculcatur, fides aſſidue leditur & niſi timentur dies mali admodum timendum eſt, ne omnis fere regio ducatur in errorem, jam itaque corda Prelatorum & Principum pulſent preclare veſtre doctrine ut absque ulteriore mora fidei & Eccleſie ſuccurrant & clare ac manifeſte adhereant veritati preſertim in ea conventione quam apud *Francfordiam* proximo feſto ſancti *Johannis* inſtitutam intelleximus, Veſterque cetus aliquos Doctores in jure divino & humano eruditos ad eandem conventionem transmittat & omnibus modis ſibi poſſibilibus operam impendant ut non ulterius res tam neceſſariæ ſaluti publice cuncto-

rum

rum diſſimulentur, aut differantur ſed poſt varias dilationes poſt plurimorum animorum expiſcationes, fitigas & vexationes innumeras poſtque latiſſimas informationes in his rebus habitas tandem ſalubris concluſio captetur ad honorem & gloriam ſponſi Eccleſie Jeſu Chriſti qui veſtras Devotiones feliciter conſervare dignetur. Datum *Baſilee* XI. Kal. Junij. Anno a Nativitate Domini M°CCCC XLV°.

V.

CONCILIVM BASILIENSE AD VNIVERSITATEM ERFORDIENSEM.

Sacroſancta Generalis ſynodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam Dei repreſentans Dilectis Eccleſie filijs Rectori Doctoribus & Magiſtris Univerſitatis ſtudij Erfordenſis.

Inſtetimus jam longo tempore apud Prelatos & Principes ac univerſitates inclite nationis Germanice ut in negotijs Eccleſie ſalubrem concluſionem reciperent ad conſervationem fidei Catholice & auctoritatis conciliorum generalium ſicuti juſtitia & veritas exigunt, quod etſi obſiſtentibus varijs impedimentis nondum obtineri potuit, non tamen diffidimus quin Deo aſpirante in ea Dieta, quam apud *Norinbergam* prima Dominica Quadrageſime proxime futura indictam intelligimus tandem ipſa deſiderata pro publica ſalute concluſio ſequatur.

nec

nec in mentes noſtras incidit ut tot ſolemnes Prelati atque incliti Principes & alij docti & probi viri, qui illuc conventuri feruntur permittant veritatem corruere, fidem confundi auctoritatem univerſalis Eccleſie & generalium Conciliorum interire juſtitiam deperire & tam multos labores qui in Concilio Conſtantienſi & hoc Baſilienſi habiti ſunt in nihilum redigi. Opus autem eſt jam maxime ut in hac tanta neceſſitate rerum veſtre & aliorum litteratorum Virorum legis divine & ſacrorum Canonum peritiam habentium rectiſſime doctrine auribus inſonent cunctorum, quatenus excitentur omnium animi ad unanime auxilium veritatis & Catholice fidei ut quoque diſſipatis erroribus, ſemotis fluctuationibus, pacatis fluminibus pax & tranquillitas refloreant in Domo Domini ad ipſius gloriam & animarum ſalutem, quibus de rebus & ſincera intentione hujus ſancte ſynodi plenius cum veſtris Devotionibus loquentur dilecti Eccleſie filij *Nicolaus Amici* ſacre Theologie Profeſſor Canonicus Cameracenſis & *Joannes de Rene* Decretorum Doctor Prepoſitus Aldenſalienſis oratores noſtri eosdem benigne audire & in dicendis per eos fidem creditivam adhibere velint ipſe Devotiones veſtre quas feliciter conſervare dignetur altiſſimus. Datum *Baſilee* Xij. Kal. Novembris Anno a Nativitate Domini M°CCCC°XLV°.

VI.

VI.

NOVA VNIO REGIS ROMANORVM CVM ELECTORIBVS ALIISQVE PRINCIPIBVS IN BONVM PACIS ECCLESIAE ET IMPERII.

Von Gottes gnaden Wir die Nachgeschriebene Dieterich des heiligen Stuhls zu Mayntz Ertzbischoff, des heiligen Römischen Reichs in teutschen Landen Ertz-Cantzler, Peter zu Augspurg und Silvester zu Chymsee Bischöff, Jacob Marggraf zu Baden und graff zu Spanheim, Albrecht Marggraf zu Brandenburg und Burggraff zu Nürnberg, Caspar Herr zu Weisskirchen Cantzler, Aeneas Silvius Thomherr zu Triendt Meister Hartung von Capelle Lehrer beyder Rechten, des allerdurchläuchtigsten fürsten und Herrn Herrn friederich Römischen Königs &c. Vollmächtig sendtbotten nach laut des Königlichen Machtbriefs darüber lautend, Meister Peter Knorre Probst zu Wezlar und Meister friederich Seffelmann Doctores Machtbotten des hochgebohrnen fürsten und Herrn Herrn friederichs Marggraffen zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Ertzkämmerer und Burggraff zu Nürnberg, Wir Meister Henrich Leübing pfarrer zu Nürnberg und johannes Thauwer Doctores, des Hochwürdigen fürsten unseres gnädigen Herrn Herrn Antonius Bischoff zu Bamberg Machtbotten, und wir Johanns Marggraff zu Brandenburg und Burggraff zu Nürnberg

für den, wir Marggraff Albrecht obgemelt uns mächtiglich annehmen beckennen mit diesem Brief nach dem und viel mühe und arbeit mannigfältiglich geschehen seynd damit die irrung und zweytracht in dem Concilio zu Basel gehalten widder unseren heiligen Vatter Babst Eugenium auferstanden abgethan, und deshalb die heilige gemeine Christliche Kirch desto volliger fried und ruhe gewinnen mögte, und dieweil nun der egemelt unser gnädigster Herr der König und wir zuletzt durch solche unsere mühe und arbeit nach meynung und begriffen etlicher bündnus undt einung auf unser fleisige begird von dem egenanten unserem heiligen Vatter erlanget haben ein antwort die uns duncket gnüglich und redlich damit die heilige Kirch desto friedlicher nach gelegenheit aller sachen zu frieden Kommen mag, und wir auch von andern Christlichen Königen und getzungen nit geschieden werden, inmasen des andern überckommen und besiegelt, Klärlichen innhalten, das wir Gott dem Allmächtigen zu Lob, dem heiligen stuhl zu Rom zu ehren, und auf dass das heilige Reich desto minder zuertrennet werde teutschland in einigckeit desto bas bleiben, und zwischen uns desto mehrer trew, lieb und freundtschafft damit wir sonst einander gewant sind bestehen und währen möge uns vereiniget haben, und vereinigen uns gegenwärtiglich in Krafft dieses briefs, auf solcher obgerührter erbar gottlicher meynung beyeinander zu bleiben, und von einander nit zu scheiden, es wäre dan, dass wir durch ein unzimlich

lich gemein Concilium eines besseren unterwiesen würden, ohne alles gefehrde. und umb das denen dingen in denen vorgemelten versiegelten schrifften begriffen, desto volliglicher nach nothdurfft der heiligen Kirchen nachgegangen werden, und wir in des obgenanten unsers heiligen Vatters des Babstes und des stuhls zu Rom gehorsam in obgeschriebener maas bleiben als Christlichen fürsten zugehört; wäre es dan, ob von jemants in solchen unsern guten willen und meynung einige irrung oder eintrag geschehen, oder zu geschehen unterstanden würde, da Gott für seye, dannoch sollen wir uns voneinander nit scheiden und ob uns allen oder etlichen mit feindschafft processen oder andern, wie das zuginge, widderwärtigckeit begegnete, das soll uns alle gleich samtlich antreffen, und unser einer soll sich von dem andern nit trennen lassen, sondern unser iglicher soll dem andern, dem das noth geschiehet ohne verzug darin und dawidder getrewlich, beygeständig, berathen und beholffen seyn mit seiner Ritterschafft seinen schlossen, städten, landen und leüthen, und mit seiner gantzen macht, als lang dessen noth würde ohne intrag, hindernus, widderrede und ohne gefehrde über das alles soll der obgenant unser allergnädigster Herr der Römische König, auch die obgemelte Herrn alle und iglicher besonder in dieser einung begriffen und alle und igliche andere, die in diese löbliche Verbindung gezogen und kommen würden, als ein Römischer König und Vogt der heiligen Kirchen gnädiglich

 und

und getrewlich, nemblich in ſolchen obgemelten ſachen der heiligen Kirchen ſchuren, ſchirmen, verteidingen handhaben, ihnen auch hülff, beyſtand und Rath mit Königlicher Krafft und macht, wan das noth geſchihet, thuen, damit ſolche irrung und widderwertigckeit beyde für kommen, und wo die vorhanden wären, gantz abgeſtellet werde, und ſich darinnen keinerley ſach irren oder hindern laſſen, ſondern alles das thuen, das zu ſolchen dingen nothdürfftig und ein Römiſcher König gegen denen ſeinen in ſolcher Chriſtlicher ſach zu thuen ſchuldig iſt ohne intrag, widderred getrewlich ohne alle gefehrde; doch hierin uns Marggraff Jacoben vorbehalten, nach laut des briefs den wir hinter unſern obgemelte herrn und freundt den Ertzbiſchoff von Maintz niedergelegt haben zu getreüen händen. Wir vorgemelte Herrn alle gemeinlich und ſonderlich nehmen hierinn auch aus ſolche einung bindtnus und Burgfried die wir vor data dies Briefs, doch dieſe der heiligen Kirchen ſach nit berührend, verſchrieben, gelobt, und geſchworen haben, das wir denen mögen gnug thuen, und ob wir alle oder unſer einer oder mehr inſonderheit, dem oder denen es anderer verſchreibung halben zu thuen gebührlich wäre, uns fürbaſſer würden verbinden, die oder derſelbe ſolten doch ſolche nachgehende Bündtnüſs die heilige Kirch anrührend, gantz ausnehmen, damit ſie nit geckräncket, ſondern der völliglich nachckommen und gnug gethan werde ohne intrag oder gefehrde auch ſo mögen wir

ſamt-

famtlich und unferer iglicher befonder, alle und igliche fürften und herenn zu uns in diefe einung ziehen und nehmen die dan mit uns auf folcher guter Leuth Chriftlichte meynung verbunden feyn wollen alles deffen, das vorgefchrieben ftehet; wen auch unfer iglicher darin bringet, das folle er allemahl fürderlich uns denen andern verckünden, uns darnach zu richten. folches alles veft und fteth zu halten haben Wir Ertzbifchoff Diederich fur uns und die obgenante unferes allergnädigften Herrn des Königs Vollmächtige fendtbotten für denfelben unfern Herrn den König: und wir die obgemelte Peter Bifchoff zu Augsfpurg, Marggraff Jacob, und Marggraff Albrecht auch für uns felbft und wir obgemelte Meifter Peter und Meifter friederich für unfern gnädigen Herrn Marggraff friederich, und wir Meifter Henrich Leübing und Johannes Thauwer für unfern gnädign Herrn von Bamberg, und wir Marggraff Albrecht fur uns und unfer Obgemelten lieben bruder Marggraff Johannsen diefen brief zu urckund und befferer ficherheit verfiegelt und einander mit handgebenden trewen geredt, verfprochen und gelobt ohne arg und gefehrde. Und Wir obgemelt unferes gnädigften herrn des Römifchen Königs, Auch Marggraff friederichs, und des von Bamberg machtbotten, und wir Marggraff Albrecht für unfern Bruder Marggraff Johansen follen diefer Bündtnufs betreffung unter unferer obgemelten Herrn, und Bruders eigenen Ingefiegelen nach nothdurfft beftellen und ausrichten

dem egenanten unserem Herrn von Mayntz zu antworten so förderlichst das seyn mag geben zu franckfurt Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto an sanct Mauritius Tag.

VII.

CONCORDATA PRINCIPVM FRANCOFORDIENSIA.

Wir diese hieunten geschrieben beckennen offentlich mit diesem Brief für allermänniglich, nach dem uns unser Heiliger Vatter Pabst Eugenius uf ein gewerb, durch unsern gnädigen Herrn den Romischen König und die Churfürsten an sein Heiligckeit kommen, hie uf dem tag darumb zu franckfurt gehalten, geantwort hat: zum Ersten, dass Unser Heiliger Vatter der Babst geruhe in einer bequemen zeit, ein gemein Concilium zu beruffen an den fünff städt eine, die ihme benant seyn, daruf sein Heiligckeit, durch seine sendbotten Herrn Johann Carvaial und Meister Niclass Cus, in Krafft einer Credentien, hat lasen antwortten, das sein Heiligckeit ein gemein Concilium, das die Heilige gemeine Christenliche Kirch bedeutend ist, gern berufen wolle, und dieweil genehmigckeit anderer getzunge und Christenlicher Könige, nach gelegenheit dieser zeit darzu nothdürfftig ist, darum nun sein Heiligckeit sich erbietet zu eynen mit dem Römischen König, und den Churfürsten zu senden, damit solche genehmig-

migckeit erlanget werden möge, und zu allen anderen weegen, die den Römischen König und die Churfürsten, solche genehmigckeit zu erlangen, nothdürfftig beduncket. Zu dem andernmahl, das sein Heiligckeit verjähe und beckenne, den gewaltsam, Ehre und Oberckeit, die die heiligen Concilia haben sollen, als in dem gesätz frequens und anderen gesätzen in dem Concilio zu Costantz geordnet, und zu Basel erneuet, begriffen ist, daruf sein Heiligckeit hat lasen antwortten Er verjähe und erckenne, den gewaltsam, Ehre, und Oberckeit, die die heiligen gemeinen Concilia, die heilige gemeine Christenliche Kirch bedeutent, als solches das gesätz frequens, und andere gesätze, in dem Concilio zu Costantz gemacht, und zu Basel, da es noch ein gemein Concilium durch die welt gehalten worden ist, erneuet seyn, innhalten; Zum drittenmahl, dass sein Heiligckeit die alte beschwerung abstellen, und germanischen getzunge nach der form der ufgenommen decret, nach nothdurfft, unterscheid und gelegenheit deutschen getzunges, versehen wolle, daruff nun sein Heiligckeit hat lassen antworten, dass er keine beschwerung in Germanische nation eingeführt habe, sondern das sein Heiligkeit solcher gerechtigckeit, die mann dem Römischen stuhl pflichtig ist, in den gröften nöthen der Kirchen emporen haben und das sich vormahls sein Heiligckeit, durch seine Legaten erbotten habe, über die alte Beschwerungen, ein Versehung zu thun, und sich nun darzu aber willig erbietet, und meldet das er nach

 noth-

nothdurfft unterschied, und gelegenheit der Nation, gern versehen und versorgen wolle, denen die solches begehren auch nach meinung der aufgenommenen decret und an den enden, da sie ufgenommen seyn, in getrauen, dass der Allerdurchleuchtigst fürst der Römische König und die Churfürsten und die würdige Nation, dem heiligen stuhl zu Rom, ohne der stadt, ein wiederstattung thue, wie dan solch gewerb in den Babst und des Babstes antwort mit mehr worten inhaltet, und auch nach dem und wir verstanden haben, dass seine Heiligckeit die zwey Herrn von Tryer undt Cölln wieder innsetzen und restituiren wolle. Also fern sie in seinen gehorsamb tretten wolten, und dieweil die Bäbstliche sendtbotten solchen uf diesem tag mit nothdürfftigen Bullen nit vollziehen konten, darumb, dass die Minuten der Bullen, die darüber begriffen waren, alsdan offentlich erzehlt ist, zu Rom, dem Babst nit ubergeben seye, und uns solche antworten, so fern der nach möglichckeit und billigckeit nachgegangen wird, ein redtlich gnüglich antwort bedünckt, dass wir überckommen und einig worden seyn, auf solche redliche weeg bey einander zu seyn und zu bleiben, und umb deswillen ein treffliche bottschafft zu Babst Eugenio fürderlich zu schicken, also ausgericht, dass die Botten darüber und daran seyn, damit unser heiliger Vatter der Babst solcher zusag nachckomme und dessen nothdurfftige Versorgnuss nach möglichckeit und billigckeit thuen, und dessen seine Bullen übergeben solle, in massen dessen denen

Botten

Botten ein versiegelter zettel, darinn unsere meynung stuckweis verzeichnet stehet, übergeben ist, und das auch die Botten mit ihnen nehmen und haben, sollen ein Declaration, der wir hie einig worden seyn, und wan unser Heiliger Vatter der Babst solche Versorgnuss und Bullen übergeben will, als vorgemelt ist, sollen die sendtbotten die declaration auch übergeben, und seiner Heiligckeit antworten, also, dass eins mit dem anderen zugehe ohngefehrlich, und ist sonderlich beredt dass darumb ein tag gehalten werden soll, uf den sontag Laetare in der fasten nächstkünfftig zu Nürnberg, dahin unser Herr der Römische König und wir andere Ertzbischoff undt Bischoff fürsten geistlich und weltlich in dieser eynung begriffen kommen oder aber ohne ferner besenden und ausschreiben, unser vollmächtig Bottschafft schicken sollen, alsdan der sendtbotten die zu dem Babst gefertiget seyn, gewerb und handlung und wass sie als vorgemelt ist, ausgericht haben, verhören sollen; und fügte sichs, das der Babst solches nit thuen wolte, als vorgemelt ist, oder das er binnen der zeit, als mann die sach bey ihme arbeiten soll, von todtswegen abginge, also, dass die kein End oder fürgang gewinnen mögte, so solte die sendbotten die ercklärung und andere ihre instruction wieder heim zu land bringen und die uf dem egemelten tag zu Nürnberg unsern Herrn oder denen unsern übergeben und antwortten, und als dan sollen und wollen wir fürter zu Rath werden, handlen und beschliessen, was nach gelegenheit

der ſach zum Beſten fürzunehmen ſeye, und waſs daſelbſt durch unſern Herrn den Römiſchen König und uns andern oder ſeiner gnaden und unſer Machtbotten ungefehrlich fürgenommen und beſchloſſen wirdt, daſs das ſicherſt und gutlichſt ſeyn möge, dem wollen wir nachckommen unverſcheidlich, ohne arg und ohne alles gefehrde.

Vnd von Gottes gnaden Wir Dieterich des heiligen Stuhls zu Mayntz Ertzbiſchoff, des heiligen Römiſchen Reichs in teutſchen Landen Ertz Cantzler, Peter zu Augſpurg und Silveſter zu Chymſee Biſchoff, Jacob zu Baden und Alberecht zu Brandenburg Marggraffen, Caſpar Herr zu Weiſs-Kirchen Cantzler &c. Eneas Silvius Thombherr zu Triendt, und Meiſter Hartung von Cappel Lehrer beyder Rechten, unſers allergnädigſten Herrn Herrn friederichs Römiſchen Königs &c. Machtbotten, Petrus Knorr Probſt zu Wetzlar und Meiſter friederich Seſſelman des hochgebohrnen Fürſten unſers gnädigen Herrn, Herrn friederich Marggrafen zu Brandenburg des heiligen Reichs Ertz-Cammerer ſendtbotten, Meiſter Friederich greue Cantzler und Meiſter Hans Heſſe des Hochwürdigen unſers gnedigen Herrn Herrn friederichs Ertzbiſchoff zu Saltzburg, Meiſter Andreas Parrherr zu Dantzig und Ludwig von Erlichshauſen Vogt zur Leipp des Ehrwürdigen Herrn des hohen meiſters teutſchen Ordens, Meiſter Henrich Leubing Parrherr zu Nürnberg und Meiſter Johann Thauwer Doctores unſers gnädigen Herrn

von

von Bamberg, Meister Conrad Bladeck meins gnädigen Herrn von Passaw, Meister Nicolaus Gundelf.ger Vicarius meines gnädigen Herrn von Costantz, für beede stifft Costantz und Chur Unserer gnädigen Herrn obgemelt zu solchen vorgemelten sachen machtbotten haben uns dieser obgeschriebener meynung gantz vereint, und sind daruff unverscheidlich blieben, dem nach zu gehen, und wir Churfürsten und fürsten von unsers egemelten Herrn des Königs und unsers selbst, und wir sendtbotten von unserer obgemelten Herren wegen wollen und sollen alle obgeschriebene sach gäntzlich vollführen getrewlich alle gefehrde darinn gäntzlich ausgescheiden Und des zu Urckund haben wir obgemelte fürsten und sendtbotten unser Ingesigel und Secrete an diese schrifft wissentlich gedruckt zu urckundt aller obgeschriebenen sach, geschehen zu franckfurt Am Mitwochen nach Sanct Francisci tag in dem jahr unseres Herrn tausend vier hundert sechs und viertzig.

VIII.

IN CONVENTIONE ASHAFFENBVRGENSI VARIA CONCLVSA.

Placuit convencioni Asschaffenburgensi protestationem, unionem & fedus dominorum principum manuteneri & defendi usque ad deliberationem effectualem.

Recep-

Receptum est ab omnibus, ut unusquisque suffraganeorum, gravamina, impetraciones & innovaciones contra premissam protestacionem aut alias in prejudicium Ecclesie sue aut subditorum suorum a quacunque parte contra dictum, *) presertim durante tempore protestacionis impetratas sive concessas, impetrata sive concessa consignari faciat. Tandem postquam deliberatum fuerit, cui parti unanimis adhesio fieri debeat, precaveatur indempnitas ecclesie, aut subditorum, in quorum prejudicium premissa vergere videantur, & hoc per viam revocationis, restitucionis & aliam viam, prout domino metropolitano & suffraganeis suis videbitur expedire.

Avisatum est concilium, ut dum suffraganei se vicissim & una cum domino metropolitano constringant de non inclinando, vel recuperando aliquam partem non prius & ante omnia ea, que per partes contendentes alium, vel alios, quemcunque, vel quoscunque durante dicta protestacione in præjudicium, lesionem seu gravamen directe vel indirecte domini Metropolitani suorum suffraganeorum, Ecclesiasticorum dominiorum collegiorum prelatorum, personarum & suorum subditorum, quorumcunque eciam contra fedus protestacionis & unionum, dudum per sacri Romani Imperij principes Electores aut alios metropolitanos initos, vel eciam contra decreta dudum salvis modificacionibus accepta in judicio vel extra, seu alias quomodolibet obtenta, impetrata, vel concessa

*) Subintell. *Eugenium.*

ceſſa ſunt, obtinebuntur, impetrabuntur, vel concedentur, eciam motu proprio in Genere vel in Specie, quocunque nomine cenſeantur; revocentur, caſſentur, annullentur, & omnia in priſtinum ſtatum reformentur & conſtituantur, & pro inſertis habeantur, ac ſi hujusmodi impetracio, conceſſio, impetraciones, ſeu conceſſiones nunquam emanaſſent, ſed omnia & ſingula immediate dicta proteſtacione per ordinarios eciam quoscunque vel eorum alterum, aut cujuslibet eorundem acta, facta & geſta per eosdem tempore proteſtacionis predicta bona fide calumpnientur, ne eciam, quod proviſum eſt per concordiam, in noxam, lites & jurgia convertatur.

Item ſi aliquis cujuscunque ſtatus, condicionis, ſeu gradus fuerit, obtentis ſeu obtinendis, impetratis ſeu impetrandis conceſſis vel concedendis hujusmodi quomodolibet uſus fuerit eciam proteſtacioni unioni & federi dictorum principum quorumcunque ceſſantibus penis in dicta proteſtacione contentis eo ipſo ſubjaceat, quas ſiquidem penas quisque dioceſanorum in contrafacientem ſeu contrafacientes ſtrictiſſime exequetur, ſeverius eciam proceſſurus, ſi contemptus qualitas depoſcit & requirit.

Item tenentur quilibet dioceſſanorum metropolitane noſtre eccleſie Maguntine ſubjectorum per totam dioceſim ſuam presbyteris miſſam celebraturis injungere, ut imponant unam ſingularem collectam, in qua divinum invocetur auxilium,

ut

ut matrem noſtram ſanctam dei eccleſiam univerſalem per pacis & tranquillitatis incrementa cicius conſoletur.

Item teneatur quilibet ſuffraganeorum ſuper premiſſis firmiter & fideliter proſequendis dominum noſtrum Metropolitanum per patentem ſuam literam ſeu inſtrumentum publicum ſigillo cujuslibet munitum in opido Francofordenſi in feſto *omnium ſanctorum* proxime accedente modis omnibus certificare.

Item ut univerſi & ſinguli ſubditi premiſſis tenacius inhereant & obediant, poſtquam per dominos ſuffraganeos acceptata & gratificata fuerunt veluti preſentes *deſunt Nomina.*

Placuit ut omnia & ſingula premiſſa publicentur, & predicentur, ne quis per ignoranciam ſe audeat a premiſſis ſubtrahere & excuſare.

IX.

CONCORDATA NATIONIS GERMANICE PER PAPAM NICOLAVM ET FRIDERICVM IMP. 1448.

In nomine Domini Amen Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo die decima ſeptima menſis februarij inter ſanctiſſimum in Chriſto Patrem ac Dominum noſtrum Dominum Nicolaum divina providentia papam quintum Apoſtolicamque ſedem ac Nationem Alamo-

Alamonicam ſanctiſſimi Domini noſtri & ſedis eorundem nominibus per Reverendiſſimum in Chriſto patrem ac Dominum Dominum Johannem ſacroſancte Romane Eccleſie Cardinalem legatum ad Nationem Germanicam de latere miſſum plena in ea parte auctoritate & poteſtate munitum & pro ipſa natione Alamanica per glorioſiſſimum Principem ac Dominum noſtrum Dominum Fridericum Romanorum Regem ſemper Auguſtum &c. plurimorum ſacri Romani Imperij Electorum aliorumque ejusdem nationis tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium Principum conſenſibus accedentibus concluſa laudata & acceptata ſunt concordata ſubſcripta. Sanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa quintus ſuper proviſionibus Eccleſiarum beneficiorumque quorumcunque utetur reſervationibus juris ſcripti & conſtitutionibus Execrabilis & Ad regimen modificatis ut ſequitur Ad regimen Eccleſie Generalis quanquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati gerimus in noſtris deſiderijs ut debemus quod per noſtre diligentie ſtudium ad quarumlibet Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina & alia beneficia Eccleſiaſtica juxta divinum beneplacitum & noſtre intentionis affectum viri aſſumantur ydonei qui preſint & proſint comittendis eis Eccleſijs Monaſterijs & beneficijs prelibatis, premiſſorum itaque conſideratione inducti & ſuadentibus nobis alijs rationabilibus cauſis nonnullorum predeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inherentes omnes Patriarchales Archiepiſcopales Epiſcopales Eccleſias Monaſteria Prioratus dignita-

tes

tes Perſonatus & Officia nec non Canonicatus & Prebendas & Eccleſias ceteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura ſecularia & regular a quecunque & qualiacunque fuerint etiamſi ad illa perſone conſueverint ſeu debuerint per electionem ſeu quemvis alium modum aſſumi nunc apud ſedem Apoſtolicam quocumque modo vacantia & inpoſterum vacatura nec non per depoſitionem ſeu privationem ſeu translationem per nos ſeu auctoritate noſtra factas & in antea faciendas ubilibet nec non ad que aliqui in concordia ſeu diſcordia electi vel poſtulati fuerint quorum electio caſſata ſeu poſtulatio repulſa vel per eos facta renuntiatio & admiſſa auctoritate noſtra extiterit ſeu quorum electorum vel poſtulatorum & in antea eligendorum vel poſtulandorum electionem caſſari ſeu poſtulationem repelli aut renuntiationem admitti per nos aut auctoritate noſtra continget apud ſedem predictam vel alibi ubicunque & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Eccleſie Romane aut officiariorum dicte ſedis quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt videlicet Vice Cancellarij Camerarij ſeptem Notariorum Auditorum litterarum contradictarum & Apoſtolici Pallatij cauſarum Auditorum Correctorum Centum & unius ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum & viginti quatuor Penitentiarie prefate ſedis & viginti quinque Abbreviatorum nec non verorum commenſalium noſtrorum & aliorum viginti quinque Capellanorum ſedis ejusdem in Ephitafio deſcriptorum & etiam quorumcunque legatorum ſeu collectorum ac in terris

Romane

Romane Ecclesie Rectorum & Thesaurariorum deputatorum seu missorum hactenus vel deputandorum aut mittendorum inposterum vacantia & in antea vacatura ubicunque dictos legatos vel collectores seu rectores aut Thesaurarios antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint rebus eximi contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuscunque negotijs ad Romanam Curiam venientium seu etiam recedentium ab eadem si in locis a dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus jam forsan obierint vel eos in antea ab hac luce transire contigerit etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis infirmitatis seu recreationis vel alia quacunque causa ad quevis loca secedentium si eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas legales non distantibus jam forsan obierint vel eos in antea ab hac luce transire contigerit etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis infirmitatis seu recreationis vel alia quacunque causa ad quevis loca secedentium si eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas ab eadem curia ut premittitur non remotis dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem jam forsan decesserint vel inposterum eos contigerit de medio submoveri & nunc per obitum hujusmodi vacantia vel inposterum vacatura Rursus Monasteria Prioratus & Decanatus dignitates personatus Administrationes Officia Canonicatus Prebendas & Ecclesias ceteraque beneficia Ecclesiastica secularia & regularia cum cura vel sine cura que-

cunque & qualiacunque fuerint etiam ſi ad illa perſone conſueverint ſeu debuerint per Electionem ſeu quemvis alium modum aſſumi que promoti per nos vel auctoritate noſtra ad Patriarchialium Archiepiſcopalium & Epiſcopalium Eccleſiarum nec non Monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc quocunque modo vacantia aut inpoſterum vacatura nec non etiam que per aſſecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum Perſonatuum Officiorum Canonicatuum Prebendarum Eccleſiarum aut beneficiorum aliorum per nos ſeu auctoritate noſtrarum litterarum immediate collatorum ſeu conferendorum inpoſterum preterquam ſi virtute gratie exſpectative aſſecutio fiat nunc vacantia & in antea vacatura plena ſuper premiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione prehabita & matura deliberacione ſecuta ordinacioni diſpoſicioni ac proviſioni noſtre de ipſorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica reſervamus, decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper premiſſis & quolibet eorum per quoscunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Item in Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus etiam Apoſtolice ſedi immediate non ſubjectis & in Monaſterijs Apoſtolice ſedi inmediate ſubjectis fiant electiones canonice que ad ſedem Apoſtolicam defereantur quas etiam ad tempus conſtitutum in Conſtitutione Nicolai que incipit Cupientes Papa exſpectet, quo facto ſi non fuerint preſentate vel ſi preſentate minus canonice fuerint Papa provideat

ſi

ſi vero canonice fuerint Papa eas confirmet niſi ex cauſa rationabili & evidenti & de fratrum conſilio de digniori & utiliori perſona duxerit providendum proviſo quod confirmati & proviſi per Papam nichilominus Metropolitanis & alijs preſtent debita juramenta & alia ad que de jure tenentur, In Monaſterijs que non ſunt inmediate ſubjecta ſedi Apoſtolice necnon in alijs beneficijs regularibus ſuper quibus pro confirmatione ſeu proviſione non conſuevit haberi recurſus ad ſedem Apoſtolicam non teneantur venire electi ſeu illi quibus providendum eſt ad curiam ad habendum confirmationem vel proviſionem nec etiam dicta beneficia regularia cadant in gratijs exſpectativis. Ubi autem in Monaſterijs ad Curiam Romanam venire ſeu mittere conſueverunt ibi Papa aliter non confirmet vel provideat quam ſuperius de Cathedralibus Eccleſiis eſt expreſſum, De Monaſterijs Monialium Papa non diſponat niſi ſint exempta & tunc per Commiſſionem in partibus. De ceteris dignitatibus & beneficijs quibuscunque ſecularibus & regularibus vacaturis ultra reſervationes jam dictas majoribus dignitatibus poſt pontificales in Cathedralibus & principalibus in Collegiatis exceptis de quibus jure ordinario provideatur per illos inferiores ad quos alias pertinet, idem ſanctiſſimus Dominus noſter per quamcunque aliam reſervationem gratiam exſpectativam aut quamvis aliam diſpoſitionem ſub quacumque verborum forma per eum aut ejus auctoritate factam vel fiendam non impediet quo minus de illis cum vacabunt de menſibus Februarij

Aprilis Junij Augusti Octobris & Decembris libere disponatur per illos ad quos collatio provisio presentatio Electio seu alia quevis dispositio pertinebit Reservationibus alijs a premissis ac dispositionibus auctoritate ejusdem Domini nostri Pape factis vel faciendis non obstantibus quibuscunque Quotiens vero aliquo vacante beneficio de mensibus Januarij Martij Maij Julij Septembris & Novembris specialiter dispositioni Apostolice sedis reservatis non apparuerit infra tres menses a die note vacationis in loco beneficij quod alicui de illo Apostolica auctoritate fuerit provisum, ex tunc & non antea ordinarius vel alius ad quem illius dispositio pertinebit de illo libere disponat. Item ad finem ut hec ordinatio Collationis beneficiorum non reservatorum per alternos menses possit per nationem publicari & omnes qui ipsa gaudere voluerint tempus congruum habeant eandem acceptandi tunc quoad Apostolicam sedem in Kl. Junij proxime futuris ipsa currere incipiet durabitque deinceps nisi in futuro Concilio de consensu nationis aliter fuerit ordinatum. Item circa provisionem Apostolice sedi ordinandam modus Annatarum hoc modo currat de Ecclesiis Cathedralibus omnibus & Monasterijs virorum dumtaxat vacantibus & vacaturis solventur pro fructibus primi anni a die vacationis summe pecuniarum in libris camere Apostolice taxate que communia servitia nuncupantur si que vero excessive taxate sunt retaxentur & provideatur specialiter in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum temporum & regionum ne ni-

mium

mium pregraventur ad quod ſanctiſſimus Dominus Noſter petentibus dabit commiſſarios in partibus qui diligenter inquirant & retaxent taxe autem predicte pro media parte infra annum a die habite poſſeſſionis pacifice totius vel majoris partis ſolvantur & pro media parte alia infra ſequentem annum Et ſi infra annum bis vel pluries vacaverit ſemel tantum ſolvetur nec debitum hujusmodi in ſucceſſorem in Eccleſia vel monaſterio tranſeat. De ceteris dignitatibus Perſonatibus Officijs & beneficijs ſecularibus quibuscunque & regularibus que auctoritate ſedis Apoſtolice conferentur vel de quibus providebitur preterquam vigore expectativarum aut cauſa permutationis ſolvantur annate ſeu medij fructus juxta taxam ſolitam a tempore poſſeſſionis infra annum & debitum hujusmodi in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat de beneficijs vero que valorem viginti quatuor florenorum de camera non excedunt nichil ſolvatur curratque hec obſervantia deinceps niſi eam ſimiliter in futuro Concilio de conſenſu nationis immutari contingat. In alijs autem que per felicis recordationis Dominum Eugenium Papam quartum pro natione prefata usque ad tempus futuri Generalis Concilij permiſſa conceſſa indulta atque decreta & per memoratum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Nicolaum confirmata fuere in quantum illa concordie preſenti non obviant iſta vice nichil extitit immutatum. Voluit etiam memoratus Dominus legatus quod ſuper concordatis preſentibus ſinguli Metropolitani predicte nationis petentibus quibuscun-

que quantum opus eis videbitur ſub ſuis ſigillis transſumpta concedere valeant quodque tranſumptis eisdem in judicio & extra ſtetur & adhibeatur tanquam huic Originali carte per omnia plena fides Per hoc autem quod in Concordatis hujusmodi ſive quibusvis alijs eorum occaſione conficiendis litteris propter competentiorem deſcriptionem Alamonia ſpecialis appellatur natio ipſa cenſeri non debet a Germanica natione diſtincta ſeu quomodolibet ſeparata Ad fidem igitur & robur omnium premiſſorum Nos Fridericus Romanorum Rex & Nos Johannes Cardinalis Legatus ſupradicti cartam preſentem noſtris appenſis mandavimus communiri ſigillis

Ad mandatum Domini Regis
in Conſilio.

Adpendent ſigilla Imperatoris Friderici III. & Joannis Cardinalis Legati, utrumque ceræ rubræ impreſſum, quorum primum refert Aquilam ſimplicem in medio Scutulorum XII. minorum in circulo poſitorum & præter ea duobus alijs ſcutulis ab utroque latere extra circulum poſitis ornatur cum inſcriptione: S. Friderici Rom. Regis &c. pendens ex filo ſerico viridis ac rubri coloris. Alterum vero formæ ovalis ad rhombum accedentis refert plures ſanctos in ædificio turriculis ornato, deinde in inferiori parte figuram Cardinalis in ædicula ſingulari, & ab utroque latere duplicata ejusdem inſignia cum inſcriptione: S. Johannis de Carvajal Cardi. Sci. Angeli.

Inſtrumentum conſtat ex libello quatuor paginarum ex pergameno; formæ, quam appellamus in folio minori Romano. Aſſervatur in Archivio Imperij, ex

ex quo hoc noſtrum exemplar non modo ad apicem accurate deſcriptum, ſed & poſt Typographi operam diligenter reviſum atque correctum damus; monentes, in Originali paſſim nullas reperiri interpunctiones, niſi in hoc noſtro exemplo ſpecialiter expreſſas, neque textum in §§. ullibi diſtinctum, ſed una ſerie ad finem usque continuatum. Miramur propterea non vulgares modo, quæ hactenus prodiere, ejusdem editiones fere ſingulas, ſed ipſam adeo cel. Riggeri editionem, quam an. 1764. in ſuo corpore juris Publ. Eccleſ. Acad. dedit, quamque ex autographio, in Cæſareo Regio Archivio Vindobonenſi adſervato, deſcriptam commemorat, manifeſto hocce vitio laborare.

Superſunt quam plurimæ notæ in textum concordatorum a mendis jam expurgatum, reſervamus autem illas ad hiſtoriam eorundem Diplomaticam. Quodſi veritatis amicus animo præjudicijs non occupato famoſum illum circa finem Concordatorum occurrentem paſſum *De ceteris dignitatibus & beneficijs &c.* perlegerit, cum concordatis Conſtantienſibus & acceptatione Decretorum Baſileenſium nec non cum praxi poſt annum MCCCCXLVIII. ſerio contulerit, ad quem pertineant electiones dignitatum &c. in menſibus Apoſtolicis vacantium facile dijudicabit. vid. Tom. I. Subſid. Diplom. pag. 165. 171. 180. 185.

Beneficia monocula, quæ capitulariter non conferuntur ſed a Prælato tantum, uti & illa, quibus in limine fundationis certus aſſignatus eſt patronus, ſub alternativa menſium non comprehenſa. Rem exemplis illuſtramus.

X.

ORDINATIO CIRCA VICARIAM S. AGNETIS IN COLLEGIATA AD GRADUS.

Ego Magiſter *Ottho* Canonicus Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. univerſis & ſingulis preſentibus & poſteris preſentes litteras inſpecturis vel audituris notum eſſe cupio, quod volo & ordino, quod Decanus jam dicte Eccleſie mee qui nunc eſt vel qui pro tempore fuerit, vicariam altaris conſecrati in honorem ſancte *Agnetis* virginis & martiris per me fabricati in prefata eccleſia mea de licencia & conſenſu Domini Decani mei & tocius Capituli mei jam predicte Eccleſie & dotati cum bonis infra ſcriptis videlicet decem maldris ſiliginis que annis ſingulis Decanus & Capitulum eccleſie ſancte *Marie* in Campis extra muros Magunt. in perpetuum ſolvere debet vicario altaris predicti. Item cum bonis emptis erga heredes *Thoderici de Blidenſtat* militis bone memorie apud villam *Paffenſuabeheim* ſitis, quociens & quando ipſam vicariam vacare contigerit, conferre poterit ydoneo ſacerdoti, qui juxta conſuetudinem eccleſie ſupradicte altare predictum Officiare tenebitur & chori debitum adimplere ac obedientiam Decano facere ſicut alij eccleſie mee Vicarij facere conſueverunt, preſencias eciam ſicut ceteri ſocij chori percipiet & habebit. In cujus certitudinem ac evidentiam pleniorem preſens ſcriptum ſigillo

ſigillo capituli mee eccleſie ſepedicte pecij communiri. Nos vero Decanus Scolaſticus Cantor totumque Capitulum eccleſie prelibate premiſſa omnia & ſingula ſic eſſe proteſtamur & vera & ea ad preces Magiſtri Otthonis predicti noſtri concanonici dilecti in ſignum perpetue veritatis ſigillo noſtri Capituli confirmamus. Datum & actum Anno Dñi Mill. CC°LXXXV. pridie nonas ſeptembris.

XI.

TESTAMENTVM OTTONIS CAN. AD GRADVS, QVI PRAEDICTA X. MALDRA COMPARAVIT.

In nomine Domini Amen. Univerſis preſentium inſpectoribus & auditoribus pateat manifeſte, quod Ego Magiſter *Otto* Phiſicus Canonicus Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* Magunt. per Dei gratiam mente ſanus, licet corpore languens cupiens de bonis meis mihi a Deo collatis ordinationem facere & condere teſtamentum, in primis ordino atque lego annum gratie prebende mee in Eccleſia *ad Gradus* predicta Decano & Capitulo ejusdem Eccleſie ut ijdem ſingulis annis anniverſarium meum peragant miſſis & vigilijs more debito & conſueto & cum fructibus ipſius anni gratie certos redditus comparent diſtribuendos preſentiarum nomine in anniverſario ſupradicto, Item volo & ordino ut de bonis meis ad altaria ſociorum Eccleſie mee predicte emantur quinque ſolidorum denariorum Colon.

 perpe-

perpetui redditus, qui singulis annis cedant altaribus memoratis & inter socios ipsis altaribus deservientibus equaliter & specialiter dividantur, ut iidem missis & vigilijs memoriam mei habeant diligentia ampliori in die mei anniversarij celebrandi, Item lego sex marcas denariorum Colon. legalium & bonorum Ecclesie mee ad gradus predicte ut cum eadem pecunia quatuor maldrorum siliginis redditus perpetui comparentur, qui in tricesima die anniversarij felicis recordationis Dñi *Wernheri* Archi Episcopi Mag. quam peragi missis & vigilijs singulis annis volo, presenciarum nomine dividantur. Item Antiphonarium meum pro parte estivali & psalterium meum lego Choro Ecclesie mee ad Gradus predicte, ita tamen, quod psalterium *Yde* Begine mee famule ut in eo legat & oret quamdiu vixerit, concedatur. Item lego socijs Ecclesie mee deferentibus corpus meum dimidiam marcam denariorum Colon. Item lego quatuor marcas ecclesie S. *Agnetis* in *Maguntia*, ita ut cum hujusmodi pecunia perpetui redditus comparentur qui in die anniversarij mei, quod per Abbatissam & conventum ibidem peragi volo modo debito & consueto inter ipsas sanctimoniales pro pictantia equaliter dividantur. Item legationem & ordinationem factam fratribus minoribus in *Maguntia* de curia mea quam inhabito, ratifico per presentes, Item fratribus Predicatoribus, Augustinensibus, Carmelitis, sanctimonialibus ad sanctam *Mariam Magdalenam* & ad sanctam *Claram* in *Maguntia* lego ad quemlibet conventum duo mal-

dra

dra ſiliginis Magunt. menſure. Item lego incluſis ad ſanctam *Walpurgim*, ad ſanctam *Barbaram*, ad ſanctum *Georgium* & ad S. *Nicolaum* in *Stega* juxta S. *Albanum* cuilibet unum maldrum ſiliginis predicte menſure. Item volo & ordino, ut de bonis meis ſex marce denariorum Colon. dentur pro domuncula in *Maguncia* ſita in qua predicta *Yda* begina inhabitet & moretur ad tempora vite ſue & poſt ejus obitum ipſa domuncula cedat prefate eccleſie mee *ad Gradus* integraliter pleno jure ac de cenſu qui de eadem domuncula poterit derivari; triceſimus dies mei obitus per Decanum & Capitulum dicte Eccleſie mee annis ſingulis peragatur. Item lego prefate Yde begine duos lectos totidem Kuſſinos & duo linteamina nova Item lego Petro ſacerdoti vicario Eccleſie mee antedicte lectum meliorem, duo linteamina nova, pulvinar & ſchalunum ac Kuſſinum unum meliorem. Item lego *Elyſabet* ancille mee unum lectum & unum Kuſſinum. Item *Elyſabet* paupercule femine reſidenti apud Chorum Eccleſie mee unum maldrum ſiliginis Magunt. menſure, ſuper premiſſis vero & omnibus bonis & rebus meis ſi que poſt obitum meum ultra predicta legata invente fuerint fideliter exequendis & meo nomine diſponendis honorabiles viros *Conradum* Decanum Emerichonem Cantorem & *Fridericum* Cuſtodem meos concanonicos executores eligo & conſtituo per preſentes. Et hanc meam ultimam voluntatem eſſe dico, quam valere volo jure teſtamenti, quod ſi jure teſtamenti non valet, ſaltem valeat jure codicillorum vel

alterius

alterius cujuscunque ultime voluntatis. Ut vero omnia & ſingula premiſſa inviolabiliter perſeverent & inviolabiliter obſerventur, preſentes litteras feci honorabilium virorum Decani, Cantoris & Cuſtodis meorum manufidelium predictorum & meo ſigillis muniri. Nos quoque C. Decanus *E.* Cantor & *F.* Cuſtos predicti premiſſis interfuimus & rogati ab ipſo Magiſtro *Ottone* noſtro Concanonico ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda in teſtimonium veritati. Acta ſunt hec Anno Dñi M°CC°XCIII. feria quarta poſt feſtum beati *Mathei* Apoſtoli & Evangeliſte preſentibus manu fidelibus ſupradictis *Saxone* & *Petro* ſacerdotibus vicarijs Eccleſie ſancte *Marie ad Gradus* predicte & *Friderico* Clerico Notario Magunt. qui has preſentes litteras rogatus conſcripſit.

XII.

ORDINATIO CIRCA VICARIAM S. AEGIDII IN COLLEGIATA AD GRADVS.

E*berardus* Dei gracia. Cantor majoris eccleſie & Prepoſitus eccleſie ſancte Marie ad Gradus Moguntinenſis. Tenore preſencium publice proteſtamur & ad noticiam omnium futurorum & preſencium cupimus pervenire, quod nos una cum *Henrico* Decano & Capitulo, jam dicte eccleſie Sancte *Marie ad Gradus* tractatu habito diligenti, ſuper Capella beati *Egidij*, annexa officio Port.arii, cujus

cujus ad nos ſpectat collacio, quia eandem invenimus non habentem redditus de quibus a Portenario frequenter officiari debeat ſive poſſit intellecto jam dicti Decani propoſito pio & Laudabili quod ad augendum in eadem Capella cultum divinum conceperat juſtis ejus deſideriis & precibus eſſe decrevimus merito annuendum. Vicario igitur quem ad certos redditus annuos & honeſtos de bonis que comparavit in *Scherſtein* idem Decanus in predicta eccleſia ordinavit & inſtituit, & alteri cuilibet quem vel ipſe vel ſui ſucceſſores Decani quibus inſtituendi poſt ejus obitum jus relinquit inſtituent de Conſilio & conſenſu tocius Capituli indulgemus ut ad Laudem & gloriam magnifici confeſſoris *Egidij* in predicta capella non obſtante quod officio portenarii eſt annexa cottidianam Miſſam non alte vociferando, ſed ſubmiſſa voce cantando celebret vel ſi voluerit plane dicat, & hanc hora ſemper certa jam ſibi a nobis & Capitulo deputata, videlicet prima ſonante in majore eccleſia incipiat & non prius. Volumus autem & de predictorum Decani & Capituli conſenſu ſtatuimus ut idem Vicarius oblaciones & Cetera quecumque ſive ad ſtolam ſive extra ſtolam vel undecumque occaſſione Miſſe quam in dicta capella celebrat ſibi obveniunt cum Cuſtode eccleſie participet, ſicut vicarii alii in eccleſia inſtituti medietatem ſibi omnium aſſignando. Reſervamus eciam portenario exiſtenti pro tempore in prefata capella annexa ſuo Officio ut & ipſe cum voluerit miſſam celebret ſive dicat quacumque hora ſibi placuerit preter horam memorato Vicario

depu-

deputatam, & quia portenarius eſt, & eſſe debet canonicus nec certa nec cottidiana ſit ejus miſſa ad particionem oblacionum cuſtodi ad quam predictus Vicarius & ceteri Vicarii tenentur eidem, nolumus hunc teneri ſed volumus, ut oblaciones que ad miſſam ſuam ei obveniunt, integre ſibi cedant. Ne autem propter Labilem hominum memoriam hec in oblivionem veniant aut ab aliquo valeant immutari preſentes Litteras fecimus conſcribi & eas in robur perpetuum & evidens teſtimonium predictorum Sigillo Venerabilium dominorum Judicum Sancte Moguntinenſis ſedis, ac ſigillo predicti Capituli una cum ſigillo cantorie noſtre, quo in preſentibus uſi ſumus procuravimus ſigillari. Actum anno domini MCCLXVI. Xiij. Kalend. Februarii.

XIII.

VICARIA X. MILLIVM MARTYRVM AD S. ALBANVM DOTATVR.

In nomine Domini Amen. Quoniam, ut ait Apoſtolus, qui parce ſeminat in hac vita, quæ labilis eſt & caduca, parce metet in vita, quæ permanens eſt & æterna; Ideoque *Ingebrandus* miles civis Moguntinus, de illa æterna & permanente vita cogitans, ejusque animæ ſalute ſolerter providere ſatagens, ad honorem Dei præcipue, ac glorioſæ Matris ſuæ Virginis *Mariæ*, nec non beatorum *decem millium Martyrum* reverentiam in medio

dio Monasterii Sancti *Albani* Martyris quoddam altare suis expensis propriis & laboravit, fabricavit, & instituit, sub hac forma, ut, si per dictum Monasterium altare in fabrica, aut ipsius altaris fundum dirui contingat, prædicti Monasterii Abbas & Conventus pro tempore existens, sub eorum laboribus & expensis dictum altare in eundem locum, seu in alium prædicti Monasterii locum idoneum infra tres menses reædificabunt, ac in prædictorum Martyrum honorem propriis eorum, ut dictum est, expensis etiam infra tres menses facient consecrari, & in dictorum Martyrum festo, prædicti Monasterii conventus, ante ipsum altare Missæ officium de Martyribus Annis singulis solenniter decantabunt, dictum autem altare idem Ingebrandus cum decima sua, quam in campo dicto Porgerfeld, ab honorabili Viro Domino Abbate & Monasterio sancti *Albani* prædicto, in feudo habet, & habuisse dinoscitur, dotat & dotavit, ipsorum Domini Abbatis & Conventus sui Consensu voluntario accedente. Item idem Ingebrandus, Vineam unam cum domo quadam & duobus hortis, ante prædictam vineam superius hortum præfati Domini Abbatis in *Filzbach* adjacentibus, de quibus dicto *Walt* & *Helfrico*, fratribus de *Ebersheim* in festo beati *Martini* decem & octo Colon. Denarij & unus solidus ejusdem monetæ, ad beatæ *Mariæ Magdalenæ* altare in Parochia Sancti *Ignatii* constructum ac duo soll Colon. Denar. ad beati *Nicolai* Capellam in *Stega*, annuatim nomine Census solvendi sunt, solemni donatione inter vivos fa-

ċta,

cta, ad supra dictum beatorum Martyrum altare, confert, locat, atque contulit & legavit. Item idem *Ingebrandus* Bona sua infra scripta in Villa & decimis villæ de *Rüdinsheim* sita, de quibus sex Marcarum annuos redditus habet & habuisse dinoscitur una cum ipsis redditibus in dicti altaris dotem solemni donatione inter vivos facta etiam contulit & donavit, de prædictis vero sex Marcarum redditibus una Marca pro media parte ad perpetuum lumen lampadis nocturno tempore duntaxat ante prædictum altare ardentis, ac pro reliqua parte ad duo magna infra Missam super dicto altari lumina incendenda, & ad alia luminaria parva cedet; dictus quoque *Ingebrandus* prætactum altare una cum suis redditibus taliter instituit & dotavit, quod post ejus decessum venerabilis vir præfati Monasterii Abbas pro tempore existens, aut ipso Monasterii Abbate vacante, seu ipso Abbate vivente extra Provinciam constituto ante dicti Monasterii Prior pro tempore existens de ipso alicui probo viro & idoneo sæculari sacerdoti, qui per se apud dictum altare, & non per Vicarium officiet, nec intuitu servitii, neque affectu parentelæ vel amicitiæ, sed pure & simpliciter propter Deum habeat providere, prout Deo velit super eo in die novissimo respondere, alioquin ipse Dominus Abbas sive Prior illud sacerdoti conferet infra Mensem, dicto autem sacerdote defuncto, præfatus Dominus Abbas sive Prior ipso Domino Abbate defuncto, aut ut dictum est, extra Provinciam constituto, de ipsius altaris & ejus reddituum bene-

beneficio, ſacerdoti alii ſæculari idoneo infra menſem a prædicti ſacerdotis obitu providebit, alioquin ejusdem altaris atque reddituum collatio ad honorabilem Virum Eccleſiæ beatæ *Mariæ de gradibus Moguntiæ* Decanum pro tempore exiſtentem absque prædictorum Domini Abbatis ſeu Prioris impedimento & contradictione, perpetuis temporibus in antea devolvetur; Ita quod ipſe Dominus Decanus quicunque pro tempore exiſtit, prædictum Altare cum ejus redditibus Viro ſæculari Clerico probo & honeſto, qui dictum Altare per ſe velit & poſſit officiare; ex tunc in antea porrigere valeat, & debeat perpetuis temporibus, & conferre, nec ipſe ſacerdos prædicti ſui Altaris redditus per ſe aut per alium etiam prædictorum Domini Abbatis vel Decani conſenſu obligabit, diſtrahet, ſive vendet. Item ſi dictus ſacerdos per 15nam continuo ægrotabit, extunc prætactum Altare ſuis expenſis, quousque vires reſumpſerit, officiare per ſacerdotem alium procurabit, alioquin per Dominum Abbatem ſeu Decanum, ſi poteſtas collationis Altaris prædicti ad ipſum devoluta ſit, tam diu ſuſpendet, donec ipſum Altare officiari procuret per idoneum ſacerdotem. Item idem ſacerdos domum & vineam ad Altare ſimul ſpectantes ne corruant ſive pereant, de mandato prædicti Abbatis vel Decani juſſu & præcepto ſuis expenſis in ſtatu debito conſervabit; Item ipſe ſacerdos medietatem pretii, quod ex dicto vino prætactæ vineæ provenit, ſi ipſam pro media parte uſusfructus alteri non locaverit, in emendationem ipſius vineæ convertet annis ſingulis, & cul-

culturam, nihilominus, etiamsi ipse Dominus Abbas sive Prior vel Conventus antedicti altaris & reddituum ad ipsum spectantium Collationem seu institutionem, alterare sive commutare aut alienare, quacunque alienationis specie aliter, quam prætactum est, attemptaverit, quocunque modo, statim ipso facto supradicti altaris, & reddituum ad ipsum spectantium, provisio & collatio cedent Decano Ecclesiæ beatæ *Mariæ de Gradibus*, supradicto nomine ipse Decanus per se ex tunc, sicut etiam nec antea mediante ipsius Domini Abbatis & Prioris Consensu, seu ipse Dominus Abbas prædicti Domini Decani accedente Consensu præfati altaris institutionem aliqualiter immutabunt, dicti etiam Monasterii Conventus, sive Custos pro tempore existens sacerdoti prænominatum altare officianti Calicem, librum missalem ac alia ornamenta sive indumenta sacerdotalia, ad Missæ officium spectantia, diebus singulis perpetuo ministrabit, dictique altaris sacerdotem sanctæ Crucis altaris Capellanus, posteaquam missam suam celebravit, in Missæ officio adjuvabit, & id ipsum prædictus sacerdos sanctæ Crucis Capellano facere tenebitur vice versa. Cæterum sæpe fati altaris sacerdos in Missis & Vesperis primis atque secundis, prædicti Monasterii singulis diebus Dominicis & festivis tenebitur interesse. Itèm idem sacerdos singulis hebdomadis unam de beata *Maria* Virgine, unam pro fidelibus defunctis, unam pro *Ingebrando* milite, suisque progenitoribus, aliisque diebus Missam, prout Deus sibi imperavit, celebrabit. Item idem sacer-

ſacerdos in vigilia *decem Millium Martyrum* Veſperas & Miſſam in die, & Veſperas ſecundas ante, & in ipſo altari ſolemniter decantabit. Præterea ſacerdos prælibatum altare officians, Miſſæ officio completo, ad populum ſe convertet, ipſumque ſuppliciter precabitur & devote, quod pro memorati *Ingebrandi*, uxoris, ſororis ſuæ, ac Matris, atque parentum ſuorum animabus, quilibet unum *pater noſter*, ac *Ave Maria* oret, fideliter propter Deum; Hæc autem ſunt Bona in *Rüdesheim* & ſitus eorundem, cum quibus dictum altarium eſt dotatum. Curia videlicet contigua Curiæ *Rheinhard* ſita, & domus eidem Curiæ contigua, quæ fuit Dominæ *Hildegundis* filiæ vice Domini. Item pomerium totum, quod eſt vicinum pomerio puerorum *Gyſelbertæ* de *Wormatia.* Item juger unum vinearum in *Winckela.* Item juger vinearum in *Babel.* Item juger vinearum in Grabewieſen. Item ſuper Grabewieſer Weeg quinque quartalia vinearum. Item in Bockengruben tria jugera vinearum minus quartali. Item in Geſſelem quartale. Item in Rammeſtein in duobus locis unum juger vinearum. Item ſuper monte tria jugera vinearum. Ut autem præmiſſa finem debitum ſortiantur, præſentem chartam ego prædictus *Ingebrandus* meo ad honorabilium Dominorum Judicum ſanctæ Moguntinæ ſedis, ac Dominorum ſancti *Albani* Abbatis & Decani prædictorum, ſuarumque Eccleſiarum prædictarum ſigillis præſentibus appenſis petii roborari; Et Nos prædicti judices Abbas, Decanus & dictarum Eccleſiarum Capitula & Conventus ad

prædicti *Ingebrandi* preces sigilla nostra præsentibus duximus appendenda. Datum Anno Domini Millesimo CC. nonagesimo octavo Ximo Calendas Decembris.

XIV.

FUNDATIO VICARIÆ *S. PETRI AD VINCULA* IN COLLEGIATA *S. STEPHANI* MOGUNT.

Nos *Joannes* Decanus, *Petrus* Scholasticus, *Johannes* Cantor totumque Capitulum Ecclesiæ S. *Stephani* Mogunt. notum facimus universis præsentes litteras inspecturis, quod nuper nobis ad id capitulariter congregatis pro parte honorabilium virorum Dominorum *Conradi Rade* de *Ytstein* Canonici Ecclesiæ *B. M. V. ad gradus* Moguntin. *Wentzonis* de *Kaynberg* vicarii & *Petri Heynkil* Plebani in Ecclesia Mogunt. Testamentariorum seu ultimæ voluntatis executorum quondam piæ memoriæ Magistri *Joannis Weisebeider* de *Ytstein* Magistri in artibus & Doctoris in medicina, Concanonici nostri, dum vixit, seriosius expositum, qualiter dictus Magister *Joannes* in suæ ultimæ Voluntatis eulogio inter cætera, quæ disposuit pro suæ & aliarum animarum, a quibus bona per ipsum derelicta provenerunt, & materia fundationis dependebat, infra scriptæ, salute ipse quatuor beneficia perpetua sive vicarias perpetuas intra Civitatem Moguntin. in Ecclesiis, ubi ipsis Testamentariis magis

vide-

videretur accommodum, fundari & erigi debere, proinde ordinaverit & mandaverit, quodque iidem Teſtamentarii attendentes præfatum Teſtatorem fuiſſe dictæ Eccleſiæ noſtræ membrum dum ageret in humanis, propterea duo ex dictis beneficijs fundare deſiderantes in eadem noſtrum conſenſum ſuper hoc inſtantius petierunt. Deſuper igitur maturis inter nos habitis deliberatione & Tractatu tandem ob divini cultus augmentum aliasque evidentem dictæ noſtræ Eccleſiæ utilitatem ad dictam fundationem conſenſum noſtrum adhibendum dignum duximus, atque præſentibus adhibemus, ſicque perſonis ad dicta beneficia ſic fundanda & erigenda inſtituendis & promovendis pro congrua eorum ſuſtentatione de bonis & emolumentis ſeu perpetuis redditibus & præſertim in recompenſam præſentiarum ſeu quotidianarum diſtributionum, quarum eosdem beneficiatos ſeu vicarios futuros participes fore voluerunt, per ipſos Fundatores ad noſtrum arbitrium ſufficienter proviſo, de & pro quibus nos etiam contentos plene reddiderunt & deinde Litteris confirmationis & approbationis in ea parte tam ultimæ voluntatis quondam Magiſtri *Johannis* Teſtatoris præſcripti, cujus tenor de verbo ad verbum inferius inſeritur, quam etiam erectionem duarum Vicariarum perpetuarum prædictarum ſalvis certis honeſtis moderaminibus & declarationibus nonnullorum capitulorum in dictæ ultimæ voluntatis ordinatione contentorum Reverendiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini *Theoderici* Archiepiſcopi Moguntini ſuper præ-

 miſſis

miſſis competentis & nobis pro parte Teſtamentariorum prædictorum præſentatis, quas quidem fundationis, Confirmationis & erectionis litteras cum contentis in eisdem tam quoad perſonas ad dictas vicarias Vacationis tempore præſentare, inſtituere, ſeu inveſtire habentes, nec non modum & ordinem circa præmiſſa obſervandum, quam etiam conditionem & qualificationem præſentandorum & inſtituendorum ad easdem conjunctim & diviſim oneribusque ac honoribus, prærogativis & libertatibus, quibus hujusmodi vicariorum futurorum perſonas ſecundum vim formam & tenorem dictarum litterarum & ultimæ voluntatis conſtringi & obligari, pariterque privilegiari, fungi & gaudere placuit, gratas & ratas habentes acceptandas & collaudandas duximus, & præſentibus acceptamus, & collaudamus.

Verum cum quilibet dictorum Vicariorum futurorum ſecundum mentem huiusmodi ultimæ voluntatis ter ad minus in ſeptimana Miſſam celebrare debeat, ut infra dicetur, præſentibus ordinandum duximus, quod ijdem Vicarii pro tempore perpetuis temporibus inter ſe diſponent per ſe vel alium vel alios dummodo de noſtra Eccleſia exiſtant, ſingulis diebus, dempta Dominica die, quatenus Miſſa legatur immediate poſt pulſum Primarum in Altari Plebaniæ aut beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & ſi in hoc quisquam ipſorum, quem ordo tetigerit, culpabiliter negligens compertus fuerit, ipſo facto ſuſpenſus a Præſentiis habeatur, nec reſtituatur, donec

donec persolverit ad communes Præsentias Magistris Cistæ ejusdem nostræ Ecclesiæ pro tempore 4 solidos Hallens. Com. aut alias ad dictamen Decani & Capituli correctio fiat. Quia tamen prædicti Vicarii futuri, & quilibet eorum ad omnia & singula onera, ad quæ juxta observantiam & Consuetudinem Ecclesiæ alii tenentur vicarii sine Contradictione sint adstricti, Postremo Nos *Joannes* Decanus & Capitulum prædicti tenore præsentium dictis Testamentarijs promittimus, ac bona fide pollicemur, ex nunc in antea perpetuis temporibus singulis annis in festo Nativitatis Christi, aut infra mensem immediate sequentem sine fraude decem florenos renenses in auro bonos & legales ex Cista præsentiarum cuilibet dictorum Vicariorum libere & expedite solvere & numerare, quos siquidem pro Corporibus eis constituendos decrevimus atque constituimus per præsentes, pro quibus etiam in certis annuis perpertuis pensionibus tum litterarum desuper confectarum assignatione in augmentum & utilitatem communium Præsentiarum ejusdem Ecclesiæ effectualiter per nos applicatis & conversis votive & legaliter nobis & Ecclesiæ nostræ, ut supra dictum est per memoratos Testamentarios satisfactum esse, eosdemque promissorum Occasione nos contentasse recognoscimus & profitemur. Tenor autem ultimæ voluntatis prætactæ ex Codicillo dicti Testatoris extractus sequitur & est talis. Volo præterea, quod fundentur quatuor Beneficia sive Vicariæ in uno duobus, tribus vel quatuor Collegiis, vel alii

 Eccle-

Ecclesijs Parrochialibus vel Capellis, vel hic, vel ibi Civitatis Moguntin. ubi id commodius, honestius, laudabilius, tutius ac divinius fieri potest, pro quatuor personis carentibus beneficiis sive quarum quælibet caret Beneficio & actu Presbyteris non divitibus, sed pauperibus, & eleemosynis indigentibus, Quarum etiam quælibet dictarum personarum debeat gaudere tantum uno dictorum Beneficiorum, & quam cito aliud attingeret, quocumque modo quiete sive litigiose, tum primum debet in aliam personam conditionatam, prout superius dictum est, sine mora devolvi, sive transferri intuitu Dei, & pure propter Deum. Item volo, quod quælibet dictarum Personarum quatuor debeat esse obligata ad celebrandum ad minus tres Missas septimanatim cum Collecta requisita pro salute animarum Fundatoris, suorum parentum, benefactorum & pro eis, unde hujusmodi fundationis materia dependebat. Volo etiam, quod nulla dictarum Personarum debeat se absentare a loco sui Beneficii ad maximum ultra mensem conjunctim vel divisim semel duntaxat in anno, nisi negotiis Ecclesiæ legitime præpedita, satisfaciendo nihilominus per tempus suæ absentiæ tribus Missis in loco Beneficii per substitutum juxta superius annotata. Verum si ultra mensem absens fuerit, tunc portio Corporis cedens pro rato temporis debet recipere Magister Fabricæ ejusdem Ecclesiæ vel capellæ, in qua dictum Beneficium est fundatum sive institutum. Item volo, quod jus præsentandi omnium & singulorum hujusmodi Bene-

Beneficiorum taliter, ut præfertur, inſtituendorum perpetuis temporibus ſpectet ad ſeniorem Perſonam in Officio actu exiſtentem de Gremio, ſive numero Conſiliariorum civitatis Moguntin. pro tempore, ea videlicet conditione adjecta, quod hujusmodi ſenior de Conſilio, ut præfertur præſentare teneatur ad hujusmodi beneficia idoneum, & ſolum illum & non alium, quam quem Decanus & Capitulum hujusmodi locorum, ubi talia beneficia conjunctim vel diviſim veniant inſtituenda, vel ſaltem Plebanus, ſi aliquod horum in Parochiali Eccleſia inſtituendum fuerit, duxerit nominandum, & ſi hujusmodi Patronus, infra menſem, ut præfertur, præſentare neglexerit ex tunc collatio ea vice duntaxat ad Decanum & Capitulum vel Plebanum locorum eorundem, ubi hujusmodi Beneficium inſtitutum fuerit, vel & ſi infra præmiſſum tempus aut Decanorum una cum Capitulis, aut plebanorum præmiſſorum quidam idoneum ad præmiſſa præſentare neglexerint, ad Seniorem Canonicum vel Altariſtam eorundem locorum ea duntaxat vice devolvatur. Item volo, quod ſupra dicti Collatores, ſive Collator & Patronus pro tempore Perſonas, meæ Genealogiæ idoneas idoneitate, qua ſupra, aliis quibuscunque Perſonis in collatione dictorum beneficiorum teneatur ſive teneantur anteferre. Item volo, quod expedito Creditore, vel Creditoribus expeditis alicujus dictorum beneficiatorum defunctorum alia relicta, ſi quæ fuerint, nullis exceptis duntaxat mobilibus, per-

manere debent ob ſalutem animæ illius defuncti in Conſervationem & emendationem reddituum talis Beneficii & ut eo melius conſervetur pro efficaciori & firmiori ſuſtentatione ſucceſſoris, & ad Cultum Laudabilem & multiplicem continuandum. Articuli, capitula & clauſulæ antedictæ ſingulis dictis Beneficiandis legentur ſive recitentur, & quod promittant ea cum effectu exequi, & ſervare, ac grata & rata coram Notario & Teſtibus ſuper hujusmodi obſervandis habere, dando etiam Inſtrumentum deſuper. In præmiſſorum omnium & ſingulorum perpetuam memoriam ac roboris ipſorum omnimodam firmitatem has præſentes litteras conſcribi fecimus, ac Sigillo prædictæ noſtræ Eccleſiæ communiri. Datum anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo triceſimo octavo in die ſancti *Mauritii* Martyris.

In Nomine Individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.

Theodericus Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archi-Epiſcopus, ſacrique Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ut piæ defunctorum voluntates debitæ executionis ſortiantur effectum noſtræ paſtoralis curæ debitum libenter exequimur, & tanto magis, quanto in divini cultus augmentum earundem diſpoſitionem ſalubrius cognoverimus deſtinari, ſane pro parte honorabilium Decani & Capituli Eccleſiæ S. Ste-

Stephani Mogunt. noſtrorum in Chriſto devotorum dilectorum Nobis pridem expoſito, qualiter piæ memoriæ quondam *Joannes* de *Itſtein* artium liberalium Magiſter ac Medicinæ Doctor de donis ſibi a Deo collatis & poſt mortem ſuam relinquendis, ac præcipue artis medicinæ intuitu, aliasque ſua induſtria conquiſitis ultimam ſuam ordinationem & condere voluntatem ſeu Teſtamentum, proinde deſiderans inter cætera, quæ ad pios legavit uſus, quatuor beneficia ſeu vicarias perpetuas de dictis bonis in animæ ſuæ propriæ & aliorum a quibus eadem bona provenerunt, & materia infra tactæ fundationis dependebat, ſalutem per ſuas manufideles ſeu dictæ ultimæ voluntatis executores ad hoc per ſe datos fundari & inſtaurari voluit, & mandavit juxta formam & modum Codicilli propria dicti Teſtatoris manu ſignati, ac ſuo ſigillo roborati, cujus tenorem hic volumus habere pro expreſſo. Deinde pro parte eorundem Decani & Capituli nobis ſuggeſto, qualiter honorabilis *Conradus Rade* de *Itſtein* Eccleſiæ B. *Mariæ ad gradus* Canonicus, *Wentzo de Kaynberg* Vicarius, & *Petrus Henkel.* Plebanus in Eccleſia noſtra Mogunt. hujusmodi ultimæ voluntatis per dictum Joannem defunctum executores ſpecialiter deputati ad prædictam Eccleſiam S. *Stephani* ſingulariter affecti, devot. pro eor. quod dictus Joannes Teſtator, dum in humanis ageret, Canonicus præbendatus erat in eadem, ducti pro ſuſcepti officii executorum debito duo ex dictis beneficiis quatuor ſeu per-

perpetuis vicariis; ut præfertur inſtaurandis & fundandis ultra antiquum numerum Vicariarum perpetuarum ejusdem Eccleſiæ S. *Stephani* ſalva noſtra permiſſione & Auctoritate inſtaurare & perpetuo fundare unanimiter deliberati ac parati exiſtunt, ac propterea nonnullos redditus & annuas penſiones perpetuas ac emolumenta ad ſuſtentationem duorum vicariorum futurorum ſufficientes ac ſufficientia conſtituerunt, donarunt, & aſſignarunt, ipſosque Decanum & Capitulum certiores reddentes de præmiſſis contentos fecerunt, & ad idem in augmentum communium præſentiarum & quotidianarum diſtributionum nihilominus conſimiles redditus proportionabiliter conſtituerunt, & deputarunt, ideoque nobis tam pro parte Decani & Capituli, quam etiam Executorum prænominatorum humili tum inſtantia exſtat ſupplicatum ut ſuper omnibus & ſingulis præmiſſis noſtræ approbationis impendere Conſenſum, eaque ejusdem auctoritatis robore perpetuo munire, dicta beneficia, ſeu perpetuas Vicarias in Eccleſia erigendo memorato dignaremur.

Nos igitur *Theodoricus* Archi-Epiſcopus juſtis & rationabilibus hujusmodi ſupplicationibus nimirum inclinati, qua de prædictæ ultimæ voluntatis ordinatione, nec non reddituum & emolumentorum pro ſuſtentatione duorum Vicariorum futurorum ſufficientium aſſignatione ac donatione, aliorumque prænarratorum veritate ſufficienter edocti, & informati ſumus, deſiderium & voluntatem memora-

morati quondam Magistri *Joannis*, dictorumque executorum seu manufidelium propositum, & intentionem in Domino commendantes atque omnia & singula præmissa rata & grata salva infra scripta moderatione habentes duo beneficia seu perpetuas vicarias in Ecclesia S. *Stephani* præscripta ex certa nostra scientia erigimus, & ultra numerum antiquum Vicariarum ibidem constituimus & perpetuo confirmamus volentes & decernentes, dictorum beneficiorum a data præsentium fore & esse beneficia perpetua Ecclesiastica, ac de jure Patronatus Laicorum, & personas, quibus pro tempore providebitur de eisdem, Vicarios perpetuos in Ecclesia S. *Stephani* censendos, ac aliorum Vicariorum numero aggregamus, eosque salvis rationabilibus & honestis observantiis & consuetudinibus ipsius Ecclesiæ omnibus & singulis juribus, privilegiis, libertatibus, proventibus, obventionibus & emolumentis, etiamsi in præsentiis seu quotidianis distributionibus quomodolibet consistant, uti & gaudere debere, quibus cæteri ejusdem Ecclesiæ Vicarii juxta ipsius consuetudinem, uti & gaudere hactenus consueverunt, vel gaudebunt in futurum. Verum ordinationem seu dispositionem memorati Testatoris proinde moderandam duximus modis infra scriptis & præsertim inprimis in quantum voluit, quod dicta quatuor beneficia sint pro personis beneficiis carentibus sive quarum quælibet caret beneficio, id æqua interpretatione intelligendum ita censemus, quod videlicet hujusmodi personæ ad dicta beneficia seu alterum eorum & præsertim

ſertim in dicta Eccleſia *S. Stephani* promovendæ debeant omnino carere beneficio Eccleſiaſtico tempore inſtitutionis ſeu collationis & Inveſtituræ eis vel alteri eorum ſecundum modum, de quo in dicta ordinatione factæ, aut quod ſaltem beneficium, vel beneficia tunc forſan habita & poſſeſſa per eos, vel aliquem ipſorum ipſo facto ſtatim hujusmodi Vicariarum poſſeſſione adepta vacent, & vacare cenſeantur, quæ etiam ut ſic vacare decernimus, aliis ex tunc per eos, ad quos ſpectat, libere aſſignanda & conferenda, ita quod Perſonis habentibus beneficia, licet forſan exiliora & inſufficientiora, ad eorum ſuſtentationem gratioſius etiam hoc modo conſulatur. Cæterum in eo, quod dictus Teſtator voluit perſonas ad præfata beneficia ſeu vicarias perpetuas promovendas eſſe actu Presbyteros ſinceram ipſius mentem perpendentes huic noſtræ Erectioni ac fundationi ſtatuendo adjicimus, nominationem, præſentationem, Inſtitutionem & Inveſtituram ſeu quamvis aliam diſpoſitionem factam de perſona dictum ordinem actu non habente eo ipſo fore nullius roboris vel momenti.

Eam quoque partem prædictæ Ordinationis, quæ Idem teſtator voluit perſonas Genealogiæ ſuæ cæteris paribus aliis quibuscunque extraneis in promotione ad dicta beneficia ſic erecta anteferri etiam approbamus, eo ſalvo, quod, quotiescunque dicta beneficia per mortem aliquarum perſonarum, quæ de Genealogia dicti Teſtatoris fuerant, dum in humanis agerent, vacare contigerit in futurum quod

tunc

tunc non aliæ personæ ejusdem Genealogiæ immediatæ sed meræ extraneæ qualificatæ tum juxta testatoris voluntatem præscriptam in hujusmodi promotione anteferri debeant, ne omnis successio hæreditaria in spiritualibus locum habere videatur, in eo siquidem, quod idem Testator personas promovendas ad hujusmodi beneficia constringi voluit, ut promittat, quod expeditis Creditoribus cætera bona sua post mortem earum relinquenda in augmentum dictorum beneficiorum cedere deberent, decernimus hoc ipsum secundum jus commune censendum fore de bonis duntaxat intuitu beneficiorum seu vicariarum hujusmodi quomodolibet per ipsos vicarios acquisitis, de reliquis eisdem vicariis disponendi, prout animabus suis melius expedire videbitur facultate reservata, statuimus nihilominus, ac volumus, & irrefragabiliter ordinamus hujusmodi beneficiorum erectioni & fundationi adjicientes, quod, quotiescunque casus vacationum se obtulerit, ex tunc nominationem Decani & capituli dictæ Ecclesiæ S. *Stephani* infra quindecim dies immediate sequentes omnino faciendam de personis juxta dispositionem & ordinationem supra tactas salvis moderationibus nostris præscriptis qualificatis & conditionatis personæ in officio actu existenti de numero seu gremio Consiliariorum civitatis Mogunt. pro tempore senioris, qui senior infra mensis spatium a tempore præfatæ nominationis computandum personas sic nominatas & non alias effectualiter præsentare debeat & teneatur Decano pro tempore per eum, vel in ipsius ab-

sentia

sentia per scholasticum & in illius absentia per Cantorem pro tempore supra dictæ Ecclesiæ S. *Stephani* contradictione qualibet cessante instituendas & investiendas, quibus Decano Scholastico & Cantori secundum modum præscriptum id faciendi tenore præsentium liberam damus & concedimus facultatem, in negligentia vero dicti senioris Consiliarii Collationem dictorum Beneficiorum ad Decanum & capitulum prædictos, & in eorundem negligentia juxta mentem ejusdem ordinationis ad seniorem Canonicum ex tunc ordine prædicto legitime devolutam, præsentibus decernentes, in hoc etiam ipsius fundatoris dispositionem confirmamus præterea præmissis annectere dignum duximus, ut ante omnia taliter instituendi hoc præcipue jurabunt expresse, quod actu in ordine presbyteratus sint constituti, rite & legitime ut firmiter creditur, ordinati, salvis nihilominus Juramentis aliis & promissionibus juxta Laudabilem consuetudinem dictæ Ecclesiæ S. *Stephani* per alios Vicarios post institutionem & investituram seu collationem de eis factas præstari solitis, quibus tunc etiam adjicient dicti instituti, quod in omnibus & singulis capitulis & Clausulis eos concernentibus in hac fundatione dictorum beneficiorum & præsertim de residendo personaliter ordinatum & appositum Testatoris Voluntati satisfacient cum effectu, & potissimum, quod bona intuitu beneficiorum acquisita & per eos post mortem relinquenda in augmentum redditnum eorundem beneficiorum secundum moderationem nostram præscriptam converti ordinabunt.

In

In cujus rei testimonium hanc erectionis, constitutionis, approbationis & confirmationis paginam per quam debitis obsequiis, juribus & ministeriis plebanorum, seu aliorum, quorum interest, derogare non intendimus, nostri sigilli munimine jussimus & fecimus Communiri. Datum die vicesima octava mensis Augusti anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octavo.

XV.

ORDINATIO CIRCA VICARIAS S. JOANNIS EV. ET S. JACOBI IN ECCLESIA AD GRADUS MOG.

H. Decanus totumque Capitulum Ecclesie Sancte *Marie ad Gradus* Mogunt. tenore presencium protestamur quod nos tractantes de forma & modo celebrandi in altari sancti Johannis in Ecclesia nostra a sacerdotibus quos bone memorie *Burkardus* Decanus & *Berwelfus* Cantor noster pro celebranda cottidiana missa gloriose virgini *Marie* in altari predicto sub certis redditibus ordinarunt, habito super hoc consilio pleniore unanimiter statuimus & volumus observari, quod ijdem sacerdotes non sollempnizando aut alte vociferando sed submissa voce cantabunt de beata Virgine, alter alternis septimanis in altari predicto, verum licet ijdem sacerdotes choro nostro sicut Canonici in omnibus & ad omnia sint astricti, ipsis tamen concedimus ut ei qui septimanam suam in dicto altari

facere debet ad laudes matutinarum si necesse fuerit exire liceat quatenus ad missam in ipso altari celebrandam se preparans post finitas matutinas maturius hanc incipiat, ut sic ante missam custodis penitus aut fere eadem sit finita, & si illo spatio temporis quod est post finem matutinarum & ante missam custodis alter de dictis sacerdotibus, cujus fuerit septimana, ipsam missam comode non poterit celebrasse, eandem post missam custodis differat celebrare vel ante si voluerit plane dicat. Porro dicti sacerdotes ambo semel in septimana dicent vigilias apud idem altare & sacerdos in celebratione cottidiana requiescens una die missam pro defunctis, alia missam pro vivis in predicto altari plane dicet & hoc post missam custodis Dei misericordiam invocando pro universis vivis ac defunctis, qui hujus ministerii promotores hactenus exstiterunt & in posterum sunt futuri, nec casu aliquo relevabitur ab hac missa, nisi cum in choro sacerdotalis eum contigerit septimana. Ad hec institutio predictorum vicariorum ad Cantorem Ecclesie qui fuerit pro tempore pertinebit & alter eorum stabit in medio chori in summis festivitatibus apud ipsum. Item in festis alijs quibus ebdomadarii propter responsoria & antiphonas quas imponunt ad vesperas in medio chori esse non poterunt alter eorundem cui Cantor vel absente Cantore Decanus hoc injunxerit in medio chori ebdomadarii vices geret. Postremo dicti sacerdotes Decano Ecclesie nostre obedientiam facient ut canonici nostri fratres. Oblationes etiam & cetera quecumque sibi ad sto-

lam

lam five extra ftolam vel undecumque occafione minifterii ipfius altaris eis obveniunt cum cuftode noftre Ecclefie participare debebunt, medietatem fibi omnium affignando ac de fidelitate noftre Ecclefie fervanda in prefentatione & inftitutione fua corporale preftabunt juramentum. Decanus vero in virtute obedientie fibi facte & fub debito prefti-ti juramenti injunget eisdem ut fideliter ea facient & obfervent ad que tenentur noftre Ecclefie & Cu-ftodi. Sane ad hec omnia & fingula necdum dictos facerdotes teneri volumus & aftringi fed & omnes vicarios in pofterum a quibuscumque inftituendos quo ad particionem Cuftodi faciendam & fidelita-tem noftre Ecclefie obfervandam ad eadem volu-mus obligari five in capella beati *Egidij* five in Ec-clefia aut etiam in capellis alijs forfitan apud Eccle-fiam noftram in pofterum conftruendis ante miffam Cuftodis vel poft eorum miffe hora fuerit deputa-ta. Ceterum de communi confilio & confenfu fta-tuimus quod finguli vicarij jam apud nos inftituti & in pofterum inftituendi illorum reddituum, qui prefencie appellantur, ejus partis quam finguli Canonici percipiunt dimidiam percipiant portio-nem, ea femper contenti, etiam fi aliqui ordinan-tes prefencias, eas taliter ordinarent, quod ipfi vicarij equalem de ipfis cum Canonicis perciperent portionem, ficut aliquando accidit, cum adhuc vi-carij prefenciarum partem tantum terciam percepe-runt, ordinamus etiam quod Cuftos Ecclefie exi-ftens pro tempore in fefto Purificacionis beate vir-ginis cereos ipfis vicarijs preparet & miniftret &

quod ipſe cuſtos feſto preterito requirat & recipiat a capitulo precium eorundem. Preterea in hoc concorditer convenimus ut pro delicto perſonarum ſi forte exceſſerint, hec ordinatio nullatenus immutetur, ſed ut delinquens a ſuperiore ſuo pena debita puniatur. Ut autem hec omnia concorditer ordinata a nobis diverſis vicibus & ſtatuta robur amodo firmitatis perpetuum obtineant & proceſſu temporis in oblivionem non veniant, ea fecimus conſcribi & ſigillo noſtri capituli communiri. Anno Dñi M° CC° LXVI°. III° Kal. Februarii. *

* 30. Jan.

XVI.

ORDINATIO CIRCA VICARIAM S. KATHARINÆ IN ECCLESIA S. STEPHANI MOG.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Gerhardus* Dei gratia Prepoſitus Eccleſie S. *Stephani* in Maguntia univerſis preſens ſcriptum inſpecturis conſtare volumus, quod cum altare beate *Catherine* in latere Eccleſie noſtre a confratre noſtro *Folcnando* de conſenſu totius Capituli fuiſſet conſtructum & ab eo dotatum & ad ejus petitionem a Domino noſtro *Sifrido* Archiep. Magunt. dedicatum. Idem *F.* cottidianum in eodem altari Deo ſervitium volens exhiberi, decrevit ut quicunque in Eccleſia noſtra fuerit Decanus, item altare locandi habeat poteſtatem ut pro poſſe & noſſe ydoneum ibidem

inſtituat

inſtituat ſacerdotem & perpetuus ſit vicarius & cottidianus cum fratribus noſtris in choro, Decano obedientiam faciat, ſeptimane ſue ſicut Canonicus in choro provideat & ſi idem ſacerdos ſuſpenſionem meruerit, Decanus penam competentem infligat eidem, preterea ſi idem ſacerdos ad Canonicam aliquam aliunde vel ad curam paſtoralem vel ad vicariam perpetuam fuerit vocatus ita quod in loco iſto reſidentiam facere non poſſit aut nolit, Decanus idem altare alij ſecundum formam prenotatam ydoneo conferet ſacerdoti, nullus etiam Canonicorum noſtrorum idem altare poteſt conſequi, nec aliquis ad illud aſſumptus in eccleſia noſtra canonicam, niſi eodem altari prius reſignato poterit adipiſci. Verum ne hoc quod Karitatis amore ſtatutum eſt, Cuſtodi Eccleſie noſtre alquod in jure ſuo impoſterum pariat detrimentum & quia Deus tale lucrum tali dampno noſtro vult compenſari, decrevimus, ut Cuſtos ſua gaudeat libertate celebrandi & ſacerdos ad altare beate *Katerine* inſtitutus nec celebrabit nec aliquem celebrandi apparatum pretendet antequam prima in Eccleſia noſtra pulſetur & hoc ſine omni ſpecie ambitus & captionis. In feſto beate *Katherine* & ejuſdem altaris dedicatione celebret, quando voluerit. In hujus rei evidentiam preſentem paginam conſcribi & ſigillo noſtro & Eccleſie noſtre fecimus communiri. Acta ſunt hec ſub *Johanne* Decano, *Gotfrido* Cantore. Anno Domini MCCXIII. Kalendis Maji.

1. Maij.

XVII.

MISSA QUOTIDIANA IN MONASTERIO POENITENTIUM MOGUNTIAE FUNDATUR.

Magiſtra & Conventus S. *Marie Magdalene* ordinis Penitentiam in Maguntia. Noverint univerſi, quod *Ernfridus* Cantor ſancti *Stephani* & *Henricus* ſuus frater Canonicus S. *Victoris* Eccleſiarum Maguntinenſium nobis bona ſua, que emerunt a militibus de *Scharpenſtein* ſita in *Zagelbach* & tria jugere vinearum ibidem cum curia ſua que quondam fuit *Crafftonis* ſacerdotis in *Maguntia* nobis pro animarum ſuarum remedio contulerunt ſub hac forma, quod cedant integre ad prebendam & ad uſum ſacerdotis, quem nobis preſentaverint ad miſſam ſingulis diebus in noſtra Eccleſia celebrandam, poſt mortem vero ipſius & Cantoris preſentatio apud Cantorem, qui pro tempore fuerit in Eccleſia ſancti Stephani perpetuo reſidebit, nec in ipſa nobis quidquam juris vendicabimus. In cujus rei memoriam preſentem litteram ſigillo noſtro fecimus communiri. Actum *Maguntie* Anno Dñi MCCLXX. VI. Idus Novembris.

8. Nov.

XVIII.

VICARIA S. ALBANI INSTITUITUR IN ECCLESIA S. STEPHANI MOG.

W*alterus* Decanus, *Heinricus* Scolaſticus totumque Capitulum Eccleſie ſancti *Stephani* Magunt. Labilis hominum memoria neceſſario expoſtulat & requirit ut ea que aguntur in tempore, ſcripturarum teſtimonio roborentur, ea propter ad univerſorum tam preſentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod Magiſter *Daniel* Cantor Eccleſie noſtre omnia illa bona, que apud Jacobum dictum *Hunonem* militem de *Nerſtein* & kariſſimam uxorem ſuam legitimam, ſita in *Nackheim* juſto emptionis titulo comparavit in noſtram Eccleſiam a nobis & a noſtris ſucceſſoribus perpetuo poſſidenda ex cauſa donationis inter vivos pro ſue & ſuorum animarum remedio & ſalute tranſtulit ſub hac forma. Sane de predictis bonis ipſi Cantori, quamdiu vixerit, quadraginta maltra bone ſiliginis menſure Magunt: ſingulis annis infra aſſumptionis & Nativitatis beate *Marie* virginis duo feſta penſionis nomine perſolvemus & illa ſibi ſuper quamcunque domum *Maguntie* voluerit, noſtris laboribus & expenſis preſentabimus in omnem eventum, exercitu & grandine generali duntaxat exceptis, quod ſi nos eadem bona alicui pro certa penſione locabimus, nobis in omnem eventum ſolvenda ex tunc ipſi Cantori predictam ſuam penſionem in omnem eventum ſi-

militer perſolvemus. Inſuper annuimus, ut idem Cantor in Eccleſia noſtra in loco ad hoc competenti edificari procuret altare, coram quo Eccleſiaſticam ſepulturam habebit & clericum pro ſue voluntatis arbitrio nominabit, qui cum factus fuerit ſacerdos, eidem preſit altari, nec unquam de cetero aliquis inſtituetur in eo, niſi actu ſacerdos exiſtens. Huic quidem ſacerdoti ab ipſo Cantore nominato, poſt mortem ipſius infra terminos ſupradictos & juxta conditiones premiſſas triginta maldra ſiliginis perſolvemus & preſentias percipiet ac ſeptimanam ſuam faciet tanquam alter ſocius chori noſtri, Decano qui pro tempore noſtre Eccleſie preerit, debitam obedientiam faciendo. Preterea in feſto beati *Kyliani* ſex, in feſto beati *Albani* ſex, ut utrumque feſtum cum organis & per ſocios cappatos ſollempnis peragatur ac in anniverſario ipſius Cantoris octo maldra ſiliginis nomine preſentiarum in perpetuum dabimus de bonis predictis. Ab eodem quoque Cantore extitit ordinatum & a toto noſtro Capitulo approbatum ut ſacerdos qui in eodem altari per ipſum Dñum Cantorem quamdiu vixerit & poſt mortem ipſius per ſuos ſucceſſores Eccleſie noſtre Cantores ad quos collatio hujusmodi altaris ſpectabit, fuerit inſtitutus, in qualibet ſeptimana bis de beata Virgine, bis pro fidelibus defunctis, ſemel de ſancto Stephano, ſemel de S. *Kyliano* & ſemel de S. *Albano* patrono ejuſdem altaris dicere debeat ſuam miſſam, niſi aliquibus ſummis feſtivitatibus vel alijs legitimis impedimentis fuerit prepeditus, in quo

caſu

caſu ſue conſcientie relinquetur. Idem etiam ſacerdos Cantori in imponendo ſuum Officium exercenti una cum ſuccentore frequenter aſſiſtet, et ut omnia premiſſa pro poſſe obſervet, quilibet ſacerdos antequam a Cantore inſtituatur, in manibus ſuis fide data loco juramenti promittet. Volentes autem ſingula & univerſa premiſſa a nobis & a noſtris ſucceſſoribus illibata & inconvulſa perpetuis temporibus obſervari, preſentem litteram ſigillo Venerabilium Dominorum judicum ſancte Magunt: ſedis, cui etiam ſigillum noſtre Eccleſie eſt appenſum, obtinuimus communiri. Nos judices ſancte Maguntine ſedis ad inſtantiam partium predictarum ſigillum noſtrum una cum ſigillo predictorum Decani & Capituli preſentibus duximus appendendum. Actum & Datum *Maguntie* Anno Dñi M°CC° nonageſimo primo. XIII. Kal. Febr.

20. Jan.

XIX.

QUANDO ALTARE IN DALEN PROPE MOGUNTIAM CONSTRUCTUM PER DOMINAM DICTAM DIE GULFERN AD COLLACIONEM ABBATIS SANCTI ALBANI TRANSEAT.

In nomine Domini amen Univerſis preſencium inſpectoribus vel auditoribus nos *Creta* Abbatiſſa totusque conventus ſancti monialium Monaſterii

ſterij in *Dalen* extra muros Magunt. cupimus eſſe notum & eos ſubſcriptam noſcere veritatem quod *Methildis* relicta pie memorie quondam *Heinrici* dicti Gulffer civis Magunt. nobis dedit aſſignavit, ac in nos tranſtulit, collacionem Altaris quod per antedictum *Methildem* in noſtro monaſterio preliba-to eſt edificatum & conſtructum. Ita quod pre-dictum altare alicui ſeculari ſacerdoti ydoneo & diſcreto per nos perpetuo conferatur Et nobis de bonis ipſius altaris ullo uſquam tempore nihil uſurpemus hoc adjecto, quod ſi nos contra factum ordinacionem ac voluntatem prefate *Methildis* veniamus nobis de bonis antedicti Altaris aliquid uſurpando quod ipſo facto collacio ejuſdem altaris ſit translata ac pertineat ad Reverendum Dominum Abbatem Monaſterij Sancti *Albani* extra muros Magunt. qui pro tempore fuerit, eodem modo & jure quo modo & jure eadem collatio ad nos antea pertinebat, cui facto ordinacioni & voluntati predicte *Mechtildis* nos *Creta* Abbatiſſa totuſque Conventus Monaſterij predicti conſenſimus ac in hijs ſcriptis conſentimus promittentes nos ſupra dicta rata & grata inviolabiliter obſervare. In quorum omnium robur & memoriam ac noſtri conſenſus teſtimonium preſentem litteram ſpontanea voluntate noſtri ſigilli munimine duximus ſigillandum Datum Anno Domini M°. CC. XC Vij. In vigilia beati *Bartholomei* Apoſtoli.

23. Aug.

XX.

XX.

INSTITUTIO BENEFICII ALTARIS S. CRUCIS IN ECCLESIA S. QUINTINI. MOG.

Heinricus Dei Gratia Sanctæ Moguntinæ ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius ad perpetuam rei memoriam ex parte honeſtæ Matronæ nobis in Chriſto dilectæ *Luciæ* dictæ ad *Sportam* civis noſtræ Moguntinæ fuit propoſitum coram nobis, quod olim *Johannes de Friedeberg* dictus *ad Sportam* ejus Maritus dum vixit & ipſa pari Conſenſu & unanimi voluntate ad laudem & honorem ſancte & individue Trinitatis ac glorioſe Virginis Matris *Marie* nec non omnium ſanctorum in ipſorum ac progenitorum ſuorum animarum remedium ſalutare quoddam beneficium Eccleſiaſticum inſtituerint in Altari ſancte *Crucis* ſiti in Eccleſia Parochiali ſancti *Quintini* in *Moguntia* illudque Beneficium cum bonis & rebus ipſorum competenter dotaverint, ac etiam duxerint ordinandum, ut ſacerdos qui Beneficium hujusmodi pro tempore poſſideret predictum Altare cottidie officiaret propria in perſona cum poſſet alioquin per alium miſſam unam legendo nec non ut jdem ſacerdos divinis officiis in ipſa parochiali Eccleſia intereſſet, prout in ipſa & in aliis Parochialibus Eccleſiis Civitatis Moguntine obtinet conſuetudo reſervata ipſis conjugibus ac ipſorum cuilibet altero decedente preſentatione libera ad Beneficium

ante

ante dictum ac post mortem eorum illi vel illis cui seu quibus ipsi conjuges aut alter eorum duceret committendum ipsa quoque Lucia cum matura deliberatione prehabitaordinaverit, & etiam duxerit statuendum, ut ea defuncta honorabilis vir Decanus Ecclesie Sancte *Marie in Campis* extra muros Moguntinos pro tempore existens predictum Beneficium quotiens ipsum vacare contigerit infra unum mensem a tempore vacationis hujus computandum conferat alicui idoneo & pauperi sacerdoti nullum aliud ecclesiasticum Beneficium obtinenti in quo si idem Decanus negligens inventus fuit aut remissus extitit collatio ejusdem Beneficii illa vacatione seu ea vice duntaxat ad honorabilem virum Decanum Ecclesiæ sancte *Marie ad Gradus* Moguntinos pro tempore existens ipso facto protinus devolvatur, qui ipsum Beneficium infra unum mensem a tempore predicte negligentie computandum conferet alicui pauperi jdoneo sacerdoti qui nullum aliud Beneficium obtineat, ut est dictum. Si vero idem Decanus in hoc similiter negligens aut remissus inventus fuerit ex tunc collatio ipsius Beneficii illa vacatione seu ea vice duntaxat ad Plebanum dicte Parochialis Ecclesie sancti *Quintini* pro tempore existentem devolvatur protinus ipso facto, qui ipsum Beneficium alicui pauperi jdoneo sacerdoti nullum aliud ecclesiasticum Beneficium obtinenti conferet similiter infra mensem ita tamen, ut perpetua collatio ipsius Beneficii remaneat penes Decanum Ecclesie sancte *Marie* in Campis predicte pro tempore existentem servatis penis, modis &

con-

conditionibus prenarratis, quare nobis ex parte ejusdem Lucie fuit cum instantia supplicatum ut institutionem & ordinationem predictas ratificare approbare & firmare auctoritate nostra ordinaria dignaremur.

Nos itaque petitionem hujusmodi favorabilem reputantes cum per eam animarum saluti provideatur, ac cultus divini officii etiam augeatur, institutionem & ordinationem predictas ratas & gratas habentes eas approbamus, & presentes scripti Patrocinio auctoritate nostra ordinaria confirmamus jure tamen predicte Parochialis Ecclesie sancti *Quintini* ac Plebani ipsius pro tempore existentis in omnibus semper salvo - in cujus ratificationis approbationis & confirmationis evidens testimonium & perpetuam roboris firmitatem presentes litteras tradimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum & actum *Eltevil* Anno Domini MCCCXXX. VIII*VII. jdus Iulii.

* 9. Jul.

XXI.

FUNDATIO PRIMISSARIAE IN WERPACH.

In nomine Domini Amen. Cum rationem adeo sepe languor obnubilet, quod non solum temporalium, verum etiam spiritualium cogat ipsa vehementia oblivisci, & sepe humane conditionis erum-

erumnosa fragilitas tanta mutabilitate alternatur, Idcirco ego *Heinricus Brunonis* presbiter Mog. Dioc. de *Külsheim* pastor parochialis Ecclesie in Werpach certus de morte, de hora vero mortis incertus, sanus per Dei gratiam mente & corpore, compos rationis, pia consideratione attendens, quod omnes ante tribunal districti judicij stabimus relaturi rationem pro nostris omnibus operibus & tum ubicumque lignum ceciderit ibi erit. Nam qui tunc bona egerunt, consequentur vitam eternam, sed qui mala egerunt ignem eternum & vapulabunt multis, ideo omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in publicam notionem deducere cupio, quod sana & matura deliberatione prehabita spiritu sancto instigante & cooperante cupio de bonis & rebus meis mihi a Divina clementia collatis unam perpetuam Primariam in parochiali Ecclesia ville *Werpach* ad altare S. *Petri* Apostoli, *Urbani* Pape & Martiris, *Katharine* & *Otilie* Virginum & omnium sanctorum nec non cunctarum fidelium animarum Instauro doto & instituo forma modo & ordine subnotato quibus hoc melius fieri potuit cum consensu Reverendissimi in Christo Patris ac Domini Domini nostri *Johannis* Archi Episcopi Mogunt. nec non nobilis Domini *Thome* Comitis in *Ryneck* ac etiam Domini *Heinrici* *Syferlen* perpetui vicarij ejusdem Ecclesie parochialis voluntario, benevolo & expresso, Cujus quidem altaris sive Primarie collationem mihi reservo per omne tempus vite mee presentis sed post discessum meum antedicta Primaria vacationis tempore

pore

pore per Reverendiss. In Christo Patrem ac Dominum D. nostrum *Joannem* Archiep. Mog. & successores ejus nec non nobilem Dominum Comitem de *Ryneck* & ejus heredes alternatis vicibus volo perpetue provideri, ut satis luculenter patet in confirmatione Reverendissimi in Christo Patris ac Dñi D. nostri *Johannis* Archiep. Mog. desuper edita & confecta. Insuper volo & ordino ut quilibet Primissarius antefati altaris perpetuam & continuam residentiam personalem in prefata villa *Werbach* facere & continuare debebit & tempore vite mee pro me sit obligatus ad ministrandum in choro & ceteris divinis absque omni contradictione, sed post egressum anime mee de presenti vita regere se tenebit circa rectorem seu pastorem pro tunc existentem in antedicta Ecclesia legendo, cantando, ministrando vel alia quæque in divinis officiis peragendum, sic ut ceteri primissarij faciunt in eodem Capitulo *Taubergaw* omni dolo & fraude semotis. Insuper volo dispono & ordino quod nullus concubinarius presentetur ad istud altare Primarie quotiens vel quandocunque vacaverit vel vacare contigerit, & si post presentationem concubinarius existerit quod tunc idem Primaria vacaverit & tunc patroni seu collatores alium idoneum presbiterum presentaverint absque aliqua contradictione vel inquisitione nec non postulatione aut citatione alicujus jurisdictionis jure tum semper salvo. Etiam volo quod nullus presentetur ad istud beneficium nisi sit presbiter vel in proximo anno fiat presbiter cum personali residentia facienda, quilibet etiam

pri-

primiſſarius pro tempore exiſtens ſemper feria ſecunda de mane (niſi feſtivitas aliquando hoc pro tunc impediat) tunc idem fiat feria tertia de mane aut alia die vacante, tunc idem Primiſſarius obligatur in predicto altare legere miſſam pro defunctis cum manifeſta recommendatione in cancella animarum omnium parentum meorum & omnium fidelium defunctorum nec non omnium comitum de *Ryneck* cum uxoribus & heredibus & ſpecialiter *Elſa* de *Ryneck* nata de *Caſſel.* Inſuper omni ſabato mane volo eundem Primiſſarium fore aſtrictum ad legendum miſſam de B. Virgine in altare B. Virginis *Marie* niſi feſtum aut aliud ſpeciale officium illius diei obſiſtat, tunc ſatisfaciant de eodem officio infra ſummam miſſam in predicto altare, ita quod predicte due miſſe cum difficultate ſepoſita qualibet in hebdomada perſolvantur, alijs quoque diebus ſingulis mane in ipſo altare primiſſarius tempore congruo cum devotione debita legere debebit ac celebrare niſi impedimento legittimo ſe & ſuam conſcientiam valeat rationabiliter excuſare; Et his oneribus tam devote quam ferventer intendat, quod indignationem diſtricti judicis poſſit evitare, ad quam Primariam ſeu prebendam Ego *Heinricus* prefatus do & trado & in dotem prebende ejuſdem Primarie perpetuam deputo & libere irrevocabiliter reſigno omnia bona ſubnotata quocunque nomine vel jure conſeantur prout in quibusdam litteris ſigillatis melius continetur. Primo ſextam partem decime ville & marchie in *Uſſickheim* tam majoris quam minoris. Item

in *Holtzkirchausen Johann. Dantzmeister* dabit annuatim quinque maldra siliginis ut patet in litteris sigillatis. Item in *Gamburg Hartmannus* duos pullos estivales. Item *Neckerman* 1. pullum estivalem. Item in *Betticka* Johan filius *Heinrici* sartoris iij. summer siliginis singulis annis de agris ibidem. Item in *Hochausen Ulricus Bruckner* j. fl. ij. den. antiquos de pratis ibidem ut patet in litteris. Item *Conradus* Molitor iij. fl. & tertiam partem floreni de agris & pratis prout in litteris. Item *Conradus Glock* unum denar j. pullum carnis privialem cum juribus suis de domo & area. Item *Heinricus Zimmerman* j. denar. & pullum carnis privialem am Kálberg quem possidet *Nicolaus Berner.* Item *Kunne Weselinn* legavit unum hortum in *Hochausen* solvit omni anno 26. denar. quem possidet *bezalt Kop.* Item in *Werpach* tria jugera agrorum vel paulo minus prout in litteris desuper. Item *Jutta Stitzlin* iij. denar. perpetue super vineam in der Eimpach quam possidet *Johan Müller* filius *Ulrici* Molitoris. Item *Johann Ott* j. den de vinea am Hirschberg. Item *Heinricus Krafft* j. den. de vinea am Wurmthale. Item *Conradus Müller* j. summeren siliginis secundum annos de agris am Betichaimer weg. Item *Conradus Stecher* dedit unam vineam am Hugenest que nullam dabit decimam sed dabit plebano duas libras sepis. Item *Johan Bender* legavit iij. denar. de vinea am Kapff quam possidet *Johan Hart.* Item duo jugera agrorum ibidem & tres floreni de pratis quorum unum dabit *Hermannus Lucklein* & alios duos dabit

Heinricus piſtor. Item 60. Mltr. ſiliginis, de quibus debent emere redditus perpetuos Primarie. Item *Heinricus Wibelbach* quinque ſolidos & duos pullos carnis priviales cum juribus ſuis de domo & area ſua. Item *Friedericus Renner* dabit decimam de agro in der Limpach & quolibet jugero iij. ſummern per annos. Item dabit de agro am Eſelweg de quolibet jugero iij. ſummer. ſuper annos. Item unum jugerum vineti am Tauberhelden de quo dabit *Conradus Molitoris* iij. den. Item dimidium jugerum vineti am Hirſchbergk quod dabit plebano. xv. den. Item unum hortum apud Eccleſiam. Item domus & area prope curiam plebani que dabit xv. den. *Rucker Remling*. Item duo jugera pratorum in Eyerſchen in villa circa domum dicti Grosheim, & ſi aliquos cenſus aut redditus in poſterum fuerint dati vel legati ad predictam prebendam, iſti debent ſcribi in fine illius littere. In cujus dotationis & teſtamentariæ ordinationis ac omnium & ſingulorum evidens teſtimonium ac robur perpetuum Ego *Heinricus Brunonis* predictus preſentem litteram meo ſigillo feci communiri. Et ego *Heinricus* Vicarius parochialis Eccleſie ſepefate ville *Werbach* recognoſco conſenſum meum benevolum ac voluntarium ad dotationem ſeu ordinationem de qua predicitur, adhibuiſſe in munimen & firmitatem omnium premiſſorum; Et ſigillum meum ea propter in teſtimonium ſingulorum antedictorum appendiſſe. Datum & actum Anno Domini MCCCCXVIII. feria ſecunda poſt feſtum ſancti *Bonifacij* Martiris.

6. Jun.

Con-

Confirmationem hujus ordinationis a *Johanne* Archiep. Mog. factam vide in *Diœc. Mog. in Archidiaconatus distincta Tom. I. p. 683.*

XXII.

DOTATIO ALTARIS B. M. V. IN ECCLESIA PAROCHIALI WALTHILBERSHEIM.

Universis & singulis ad quem vel quos presentes littere pervenerint pateat evidenter, quod cum altare beate *Marie* virginis situm in Ecclesia parochiali ville *Walthilbersheim* Mog. Diœc. dudum fundatum erectum & consecratum absque tamen sufficienti dote sed duntaxat nonnullis redditibus ipsum altare in divinis officianti tribuendis provisam extitisset, de consensu complacentia & bona voluntate honorabilis viri Domini *Petri Flache* Pastoris sive Rectoris dicte ecclesie parochialis in *Walthilbersheim* prout sua intererat & interest, Ego *Nicolaus de Dreyse* presbiter dicte Mogunt. Dioc. pio ductus affectu ac Dominum Deum, gloriosam Genitricem ejus & universam sanctorum & celestis militie cohortem de mea cupiens honorare substantia pro divini cultus augmento in mei parentum & proximorum nec non omnium fidelium remedium animarum omnia & singula bona inferius successive descripta ex meis proprijs & aliorum Christi fidelium simili affectione motorum bonis collecta & uberioribus incrementis tempore succedente ad au-

genda in dicti altaris perpetuam & irrevocabilem dotem assignandum duxi ac tenore presentium irrevocabiliter dono trado & assigno, reservans nihilominus ac volens & ordinans quod dictum altare beate *Marie* ut prefertur per me dotatum & in titulum perpetui beneficij censendum & confirmandum mihi in titulum perpetui beneficij ecclesiastici conferatur canonice & cum juribus & pertinentijs suis universis assignetur per me quoad vixero pacifice & quiete tenendum habendum & possidendum, & postquam idem beneficium altaris supradicti per mei mortem seu liberam resignationem vacare contigerit, ex tunc ad hujusmodi altaris beneficium habilis & idoneus actu sacerdos vel saltem infra annum in sacerdotem promovendus per pastorem prefate ecclesie parrochialis in *Walthilbersheim* pro tempore existentem apud quem jus presentandi seu patronatus dicti altaris perpetuo resideat & debeat permanere Archidiacono loci ut moris est presentetur & canonice instituatur, qui quidem dicti altaris Rector idem beneficium altaris hujusmodi duabus missis qualibet hebdomada ad minus per se vel per alium celebrandis, & singulis diebus Dominicis & festivis cum ipso pastore seu ejus vicario in aque benedicte aspersione ut moris est circumeundo & Divinorum solennijs interessendo & psallendo ac ipsum pastorem seu ejus vicarium pro tempore diligenter & devote adjuvando debite servire. Fructus vero census redditus emolumenta atque bona ut prefertur in dotem altaris supradicti dati & assignati data & assignata per ordinem

de-

deſcribuntur in hunc ritum: Primo ſexta pars decime ville in *Roxheim* de vino & omnibus frumentis eſtimatis ad decem maldra ſiliginis & medium plauſtrum vini pinguenſis menſure in communibus annis, Item quinque mine ſiliginis ibidem novem ſs. Hallenſ. Item decem maldra ſiliginis pinguenſis menſure & viginti capones & pulli cedentes in Windesheim qui quondam fuerunt Domini *Hermanni* de *Geiſpesheim* militis pie memorie. Item unam libram Hallenſium ibidem cedentium quam dat dictus *Contzginchs Henchin* & ſui conſodales. Item ſex talenta olei que dat *Petrus* dictus *Oleſoppe* ibidem de habitatione ſua & orto. Item in *Walthilbersheim* novem ſolidi Hallenſ. perpetui cenſus quos dat *Philippus de Rymelsheim.* Item ibidem decem ſolidi Hallenſ. perpetui cenſus quos dat dictus *Johannes Berkens* & *Henricus* filius *Gudmanni* de *Genheim.* Item in *Walthilbersheym* VI. maldra ſiliginis perpetui cenſus Pingenſis menſure que quondam fuerunt dicti *Reidienſteins* que dant *Nicolaus Greſſer* & ſocij ejus. Idem ibidem duo maldra ſimul perpetui cenſus Pingenſis menſure quem dat *Fulmannus Oleator* ſitum ſuper duo jugera agri & arborum Hynſer des ſtegs conſulcatis dicto *Kontzenhennen* & *Petro* Moliatori. Item ibidem ama vini perpetui cenſus quam dictus *Henſchin* & ſocij ſui dabunt de bonis *Vitz Salienhenschin* decem cum media Galete (*) minus media menſura franci vini (**) de una vinea ſita in Hoff-

(*) *Galeta*, menſura vinaria.

(**) Vinum Francum, Francicum vulgo Fräntzwein a palmitibus e Francia allatis ſic dictum.

wingarten consulcatis Domino *Hermanno Stump* militi & Petro Seusen. Item *Johannes* socer unam galetam vini de uno quartali vinearum sito uff der hellen consulcato *Diel Mecken.* Item *Margaretha* relicta Thome dat unum quartale vini de uno quartali vinearum dicto an der Hellen consulcato *Johanni Sartoris.* Item prescripta habent unam aream sitam ibidem supra fontem consulcatum dicto *Starck* que dat mediam ancam pro domicellis dictis *Stump*, Item habet unum ortum prato prope superiori molendina & dat quatuor solidos hallens. ad curiam dictorum der Stumphoff. Item habet tria quartalia vinearum sita am Appelstuck consulcata *Petro Zympen.* Item habent unum juger vinearum situm in hohen wingart & dat tertiam partem crementi, *Nicolaus Greser* habet. Item medium juger vinearum ibidem dat dertiam partem dictus Kornchin habet. Item unum quartale vinearum situm an Hetzen-Helden infra *Petrum* Sartorem. Item *Emich Kons* in Monster dat duos florenos in auro cedentes festo Nativitatis Christi de medio jugere vinearum sito an dem Fyddersberg & dat terciam partem crementi Dominis S. *Stephani* Magunt. consulcato ex uno latere dicto *Emich* & ex alio latere *Laurentio*, Item medietas curie dicti *Emich* in *Monster* que dat triginti solidos Hallens. census. Item unum quartale vinearum situm in Campo dicto an dem Linsen pfadt consulcatum in superiore parte dicte Merckenelsen & est proprium. Item unum quartale situm uff der luchten & dat tres solidos hall. consulcatum *Petro* Storm & *Conrado Bender* in superiori

riori parte. Item medium quartale vinearum ſitum uff dem mondtberg & dat 12. Hallenſ. conſulcatum ex uno *Johanni Reuber* & ex ſuperiori *Joanni Genskragk*. & nota quod preſcripti duo floreni ſunt redimendi cum viginti florenis. Item *Mecken Neſen* in *Hylbersheim* dat quindecim ſolidos Hallenſium de omnibus ſuis bonis donec demonſtrabit aliqua bona & interpignus & ſunt redimendi cum ſex librarum hallenſ. qui quidem cenſus & redditus in litteris deſuper confectis plenius deſcribuntur. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum robur & evidentiam ſigillum mei *Nicolai* dotatoris predicti preſentibus duxi appendendum ſupplicando & obtinendo quod honorabilis Dominus *Petrus Flach* paſtor in *Walthilbersheim* Mog. diœc. predicti in ſignum conſenſus roboravit. Et Ego *Petrus* Paſtor memoratus recognoſco quod ob rogatum Domini Nicolai dotatoris prefati ad omnia & ſingula premiſſa meum conſenſum pariter & aſſenſum tribui & tribuo, & ideo easdem literas una cum appenſione ſigilli ipſius Domini *Nicolai* & mei ſigilli appenſione roboravi. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo quinto quarta feria poſt feſtum ſancti *Martini* Epiſcopi.

Confirmatio.

C*onradus* Dei gratia ſancte Moguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Romani Imperij per Germaniam Archi Cancellarius univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. In-

ſtarationem creationem erectionem datationem & fundationem altaris conſecrati in honorem beate *Marie* virginis glorioſe ſiti in eccleſia parochiali *Walthilbersheim* noſtre diocefis per diſcretum *Nicolaum de Dreyſe* presbiterum dicte dioc. devotum noſtrum in Chriſto dilectum pio ductum affectu ac creatorem omnium glorioſamque ejus genitricem ac univerſam ſanctorum & totius militie celeſtis cohortem de ſua cupiens honorare ſubſtantia pro divini cultus augmento pro ſui parentum & agnatorum nec non omnium fidelium remedio animarum cum certis ſufficientibus reditibus pro unius ſacerdotis actu in ſacerdotio conſecrati vel infra annum poſt adoptionem hujusmodi beneficij altaris in ſacerdotem promovendi dictum altare ſalubriter regentis congrua ſuſtentatione prout literis autenticis dotationem hujusmodi fuimus ſufficienter informati factas, dummodo absque prejudicio Rectoris ejusdem parrochialis eccleſie in *Waltbilbersheim* & cujuslibet alterius alieni juris injuria facte ſint & fiant ratas habentes atque gratas ipſas perpetuando approbamus collaudamus atque in Dei nomine auctoritate noſtra ordinaria preſentibus confirmamus, jus patronatus ſeu preſentandi illi vel illis cui vel quibus in dictis dotationis litteris reſervatum extitit futuris temporibus reſervantes preſentium ſub noſtri ſigilli appenſionis teſtimonio litterarum. Datum *Olmene* tertia die Januarij Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto.

XXIII.

XXIII.

JUS PATRONATUS ALTARIS SANCTAE MARIAE MAGDALENAE IN CAPELLA S. MATERNI FRANCOFURTI.

Inn dem namenn der heiligenn vnnd heillſammenn dreivaltigkeitt des Vatters vnnd des ſonns vnnd des heilligenn geiſts ſeliglichenn Amen kuntth vnnd zue wiſſenn ſei allenn denen die dieſenn Brieff annſehenn leſen oder hörenn leſen Das ich *Harttmann Becker* Scheffenn zue *Franckfurtt* anngeſehenn vnnd bedachtt hann das wir alle werdenn ſtehenn ann dem jüngſten gerichtt vnnſers lieben Herrn *Jeſu* Chriſti im rede vnnd Anttwortt zue gebenn vonn allen dem das mir in dem Leichnam es ſei bos oder guett gethann haann, vnnd darnach ein jeglicher geſchwetztt hatt auff dieſer erdenn darnach wirdetth er in der anndernn Werntt mehenn, wann nun vormalls ein Cappelle mit irem begrieff zu *Franckfurtt* in der Newenſtatth auf dem Roſsmertte gelegenn Angefang. mitt zinnſen vnnd gulttenn beide geiſtlich vnnd werntlich beſchwertt worden iſt vnnd ſolcher beſchwerung halber viell Jhar vnnd zeitt vnngebauett vnnd wuſte geſtanden haitt, vnnd das nun ſolch Capelle mit irem Begrieff inn Gottes ehr kommenn, vnnd Gottes dinſt darin geſchehen mögenn, So han ich mit woll vorbedachtem beradenenn mutth Auch mitt wiſſenn vnndt vorrade der meinen, dieſelbe Ca-

pellen vonn allen Zinſenn damitt ſie beſchweret was vnnd mir vorgehalltenn wordenn ſeint gentzlichenn erledigett, vnnd gott dem allmechtigenn zu lob.denn leutthen darumb wonende, vnnd auch frembden leutten die Meſſe vnnd mertte mitt Iren Pfertte vnnd andernn Kauffmanſsſchafftten vnnd haabenn pflegenn zueſuchenn, vnnd zu keinem Gottesdinſt die zeit bequemblichenn auſs der gegen ſunder vnſtadenn vnnd Annſeumnis kommenn mögenn, vnnd allermeniglich zu guet auff das die doch mörgenns noch dem Gebotte vnnſers Erloſers der inn ſeinem Euangelio ſpricht zum erſtenn ſollentt ir ſuchenn das reich Gottes, bei einer Meſſe ſein vnnd das loblich Sacramentth des heiligenn Fronnleichnams vnnd koſtbaren Blutes vnnſers liebenn Herrnn *Jeſu* Chriſti ſehenn mögenn auch um meiner beyder Hausfrauen vnnd vnnſer beyder Altern vnd Nachkommelingenn ſelen auch aller der die handtreiche Hulffe vnndt ſteure her zugethaann haann vnndt hinfuro thun werdenn, vnnd allenn glaubigenn ſeelen zu troſt gebawett vollennbracht geſtifft vnnd begabetth mitt gulltenn vnndt zinnſen alls hero noch geſchrieben ſtehenn, welche Altare binnen denſelbenn Capelnn, Inn der ehren der heilligenn Dreiualtigkeit vnnſerer liebenn Frauenn, der himmelliſchen keiſerinn, Sancti *Thome* des heiligenn Apoſtelln Sancti *Steffani* Sancti *Laurentii*, Sancti *Georgii* des heiligenn ritters vnnd merttlers Sancti *Materni* des heiligenn Beichtigers vnnd Santt *Marie Magdalene* gewihett wordenn iſt, ſolch Gotteslehenn Ich Hartmann

Be-

Becker denn Erbarnn Herrn *Johann Schmitts* Pristernn inn dem Rechten das man nennet Jus patronatus vnnd in mossen Herr *Johann Mertz* seliger das vor Ime Inngehaptt haitt lyhen vnnd imerthar zu presentirenn vnnd behaltenn mir auch gantz möde vnnd magdtt so dick das noitt wirdt zw lyhen vnndt zue presentirenn Also das ere alle sontagk vber Jar vbernn dem obgenannten Altare Inn der Capellen zu Sanct Materne verdienenn vmb siebenn Uhrenn des morgens vngeuerlich ein messe halltenn, vnndt thun inn solchenn Messenn, ob dem Altare die Collectenn Fidelium Deus omnium conditor &c. lesenn. Es *soll auch das salltz* benemen Jme vann die grosen Festa So söll er sie doch noch der messe lesenn, Es soll auch das Sallz das Jme die Collatores thun gebenn, vnnd weihewasser auff die Sonntag gebenn, vnnd denjenen die zu jeder zeitt bei solcher meess sein milltiglichenn mittheillenn, vnnd soll auch solches alles selber personnlich thun Es beneme Jm dann kranckheitt seines Leibes oder andernn ehafftigenn sachen so soll er das die zeitt vnnd so lang mitt ein andernn frommen Priestern bestellenn gethann werdenn Vnd ich setzen vnd Ordenen wann vnnd welche zeitt Gott vber mich gebeuth das ich mitt Tode aus diesem Elendtt verschiedenn bin des mich sein gottlich Barmhertzigkeitt nach meiner Notturfft gefristenn wulle das dann der Elteste Scheffenn des Ratths vnnd Gerichts zu *Franckfurtt* vnnd *Henns Glauburg* mein Schwager den ich nenne meinenn eidenn vnnd nach seinenn tode einer seines

lei-

leibes Erbenn vonn Mannes Perſonenn der elteſte vnnd keiner an den andernn vnnd wann *Henns Glauburg* noch einer ſeines leibes erbenn von mannes perſone nitt in leben ſein der elteſte Scheffenn allein ſolchs gottslehenn obgerurtt zu ewigenn tagenn vnnd ſo dick viell das ledigk wirdt vnnd ſich geburtt inn dem Rechtenn das mann nennet Jus patronatus lyhen vnnd einem frommenn Armenn Vicarien oder Altariſten der vor beneffre ſeie darzu prefentiren ſollenn, vnnd wem auch ſolches Gottslehenn noch herrnn *Johann Schmidts* tode gelihenn vnnd darzu preſentirt wirtt der ſoll gebundenn vnnd pflichtig ſein alle vorgenanntenn Sonntag vber dem Altarenn Jnn *Sanntt Madernns* Kirchen ein meſſe zu haltenn vnnd zu leſenn vnnd mitt dem vnderſcheide ſaltz vnnd weihwaſſer zu weihenn Collectenn zu leſenn vnnd alles anders zu thun das vonn herrn *Johann Schmidtt* zu thun vor vnnd nachgeſchriebenn ſtehet Auch ſoll er *Johann Schmidtt* vnnd ein jeder der nach ſeinem tode zu ſolchem Gotteslehenn preſentirt wurtt gebunden und pflichtig ſeyn alle vnnd igliche Fronfaſtenn auff einen tag denn Sonttag hinndann geſtalltt iſt vnnd auf denn tag meines Abganngs vber dem Altare inn *Sanct Madernns* Kirchenn Jedliches enin Jar gezeide mit Vigiliennn ſelemeſſen vnnd anderem alls gewönlich iſt zu halltenn vnnd zu begene vnnd mein meiner beiden Hausfrauenn ſeligenn vnſerern beiden Eltern ſeligenn vnnd nachkommelingenn ſeelen ſonderlich und vleiſiglich gedenckenn, vnnd Gott denn allmechtigenn vor

vnns

vnns bitten oder bestellenn gethann werdenn Es soll auch ir ieder bei derselbenn Pflicht schultig seyn das Festum Trinitatis mitt einer Vesper vnnd messe singenn vnnd erlich zuhaltenn oder bestellenn gethan werdenn vnnd auch alle Jare auf das meinste eingeen vnnd zu sehenn das solche gestifftenn mein Vatter seeliger vnnd ich zu sanntt Bartholomeus zu vnnser liebenn Frauenn brudernn vnnd zu denn Predigernn nach lautt der Brieff gemachtt han aufrichtig sein vnnd gehaltenn werdenn, auch soll dem vorgenanntenn Herrnn *Johann Schmidt* vnnd nach seinem tode einem iglichenn der zu solchem Gotteslehen presenntirtt wurtt das Opper alls auff den ehegenannttenn Altare geopffertt wird Jnn der Zeitte er messe heldett vnndt lisett gefallenn, vnnd werdenn was aber der Aff . . . . So die nachgeschriebenn sechs messe gelesenn werdenn vnnd gehalltenn werdenn, oder sonst geopffertt gegebenn vnnd gefallet wirtt solches soll dem presentirten noch den andern dreienn Priesternn nitt deinen sunder denn Collatoribus gegebenn und zu dem baw vnnd zu andernn notturftigen sachenn der egenannttenn Capellenn auff das sie zu ewigenn tagenn inn wesenn bliebenn möge vorbehalten werdenn oder mochtenn die Collatores ie inn zeittenn solches kerenn vnnd wenden Jnn anderenn wegenn sie bedeuchtte der Capellenn nutzlichst vnnd Angenemest were Es sollenn auch die Prister zu dem Gotteslehenn presentirt vnnd die anderenn Priester die auff

die

die anderenn tag mefs zu lefenn geburtth fich herwidder nit ftellenn oder legenn fonder die Collatores daran vnnd auch der Capellenn ornamenta gezirde vnnd annders loifenn waldenn vnnd in keine inntragb thun heimlich noch offenttlich oder beftellenn gethan werdenn inn keine weife Auch fetzenn ich *Harttmann* obgenannt das alle Wochenn zu ewigenn tagenn noch fechs meffenn nemblich auff montag, dinftag, mittwochenn, donnerftag, freittag vnnd fambftag auff iedenn derfelbenn tage ein meffe umb die fiebenn Uhren det morgenns vngeuerlich mitt der Collecten Fidelium Deus omnium conditor &c. ob dem obgenannttenn Altare vnnd mit Gebrauchung der Capellenn oruamenta vnnd dreienn fonderlichenn Prieftern die ich bei meinen lebetagenn, vndt die Collatores nach meinem tode darzu gebenn gehaltenn vnndt gelefen werden, denn die Collatores dar vmb vor ein Stipendium gebenn vnnd thun follenn Nemblichen zweienn Prieftern idem funffzehenn Achtell kornns vnnd dem dritten Priefter auch auff funffzehenn achtell kornn, ann Kornn vnnd gelde vngeverlich vonn denn guetternn vonn Dorffeldenn vnnd ob etwas Jerliches vonn den Guetternn zu Dorffeldenn vberlieffe folches follt deren Collatores hendenn deren Capellenn zu guetth geftellt werdenn vnnd welcher folcher Priefter es were einer oder mehr der nitt tede Innmaffen vorgefchriebenn ftehett oder fich fo hiellte den oder die möchtenn die Collatores nitt lenger behaltenn vnnd fol-

ſolches mitt einem anderenn Erbarnn Prieſter verſehenn vnnd beſtellenn gethann werdenn, So dicke Inen tuncket vnnd ebenn wirdtt furtter ſo ſetzen vnnd will ich, das der vorgenannt Herr *Johann Schmitt* vnnd ein jeglicher dem ein ſolche Gottslehenn geliehenn wirdtt mir dieweill ich im lebenn bin vnnd nach meinem Abgangkh denn Collatoribus ie zu zeittenn mitt auffgelegttenn fingern auff die heiligenn Evangelia ſchweren vnnd darauff ſeinenn geſieglettenn brieff gebenn ſoll, ſolchem Gotteslehenn ſouiel ime zu thun zuſtehett genug zu thun getreulich vorzuſein den zugewarttenn vnnd alle gulte die ime umb ein ſolches zueſteenn auffzuhebenn vnnd ime zuebehaltenn Auch ſolche gottslehenn nitt zu verkuden zuuerweſſeln oder inn andere Hende zu wendenn ohne ſonderliche Laube vnnd willenn der Collatores Je inn Zeittenn wo es daruber geſchehe ſo ſollte ſolches gottslehenn ledig vnnd lois verfallenn ſein, alls ob er todt were, vnnd ſollen vnnd mochtenn die Collatores die eim andern Erbernn Priſter leihenn, vnnd vmb das die guthe güllt vnnd zinnſe zu dem obgenannttenn gotteslehenn und Capellen zu ſantt *Matherne* gehorendte vnnd auch die Brieff vonn der geſtiffte wegenn mein Vatter ſeeliger vnnd ich zu ſant *Bartholomeus* zu vnnſer *lieben Frauen* Brudernn, vnnd zu denn *Predigernn* als vorgeſchriebenn ſteett gemacht haan vnnd dauonn beſagenn nitt verlhorenn, verhienett oder abhendigh gemacht werdenn So will ich *Hartman* obgenantt das alle und igliche ſolche brieu ſchriffte vnnd Regiſterenn

noch

noch meinem Tode hinderenn die Ersamen denn Raitt zu *Franckfurt* in einer beschlosenenn Ladenn darzu der Eltesse Scheffenn ie in Zeitt einen schlüssell, vnnd *Henne Glauburgk*, oder nach seinem Tode sein vorgeschriebenn Erbenn denn andern schlussell vnnd wann *Henne Glauburgk* vnnd sein vorgemeltenn Erbenn nitt in Lebenn sein der eldeste Scheffenn beide schlüsselln darzu zu kommen haben sollen getacht vnnd gestallt sollenn werdenn Doch das die Collatores einem iglichenn der mit solchem gottslehenn bethenett ist, solcher Brieff vnnd schriffte oder der glaubliche Abschrifftt dauonn souiel sein Corpus antreffe vnnd im noitt ist, gedyenn vnnd werdenn lasenn sollenn, vnnd also das versichert werde, das solche brieu vnuersertth vnnd vnuerletzigett widder hinder die Collatores widder kommen vnnd getächt werden sollen, Ahne verzogk vnnd sinndt dies die gude die dem præsentirten zu dem gottslehenn ie ine zeittenn vmb das das er alls vorgeschriebenn steet zu thun pflichtig ist vnnd sein soll Nemblich der zwolffte theill des zehennden zu Obern wulnstatt nach lautt der Brieff So seindt dieß die Gude vnnd gulte denn dreien Priesteren vmb die sechs messenn alls vorgeschriebenn stehett zulesenn nemblich drei Hubenn Lanndtts zu *Bockennheim* noch lautth der Brieff dauon man Itzuntt Jerlichs dreisigk achtell kornn gibtt Item ein Hube vnnd vier morgenn Ackers noch lautth der Brieff zu *Dorffeldenn* gelegenn dauon mans Jars zehenn Achtell kornns gibtt Item sechs Morgenn Wiesenn zu *Dorffeldenn* gelegenn,

dauon

dauon man Itzuntt giebt ſechs Pfundt Heller geltts minder vier ſchillingh vnnd zwo gennſe. Item vnndachtt ſchilling heller gellts vnnd zwey Huner ewig gullte Auch zu Dorffeldenn gelegen alles noch lautt der Brieff, ſolche gulde die Collectores je in zeittl. ſo man der ettliche ghenn *Franckfurtth* liefferttt ſollenn thun fordernn enttpfahenn vnnd Jnnemen vnnd vonn ſechs meſſenn alls vorgeſchriebenn ſteett zu leſen dauon Jerliche Reichenn vnnd gebenn den dreien Prieſtern Als auch vorgeſchriebenn ſtehett Noch mehr Ordnenn vnnd ſetzenn ich als ich itzunt der obgenanttenn meiner Capellen ein gluckner gebenn haan vnnd vonn zeittenn Inn zeitten einer ſein ſoll vnnd mues denn Prieſternn zu ſolchenn vorgenanttenn Meſſen vnnd gottesdinſtenn zu Miniſtriren die ornamenta zu Andalogenn die widder zuebehalltenn vnnd alles anders zu handlenn und zu thun haab das der Capellenn vnndt Altarenn noitt iſt vnnd ein gluckner zueſteet das dann zu Lhone gegen eim ſolchen werden ſoll Solche ſechstenhalbenn morgenn wieſenn Ich zu *Eſchersheim* liegende haan die mag er ſelber Scherenn vnnd gebrauchenn oder die im einen zinns verleihenn wie ime das dann zu ieder zeitt gefellig iſt dieſelben kluckener auch die Collatores je inn zeittenn machtt habenn ſollen Ann ſolche Ampt zu nemen Inenn Schwerenn vnnd gelobenn zu loſſenn vnnd widder zu Orlaubenn zu ieder zeitt vnnd gelegennheitt der dingh. - - - Dieſer vorgeſchriebene Inſtitution Stifftunge vnnd aller Ordnunghe han ich Hartmann Becker obgenantt ge-

petten die Erſamenn Furſichtigenn vnnd weiſenn Burgermeiſtern vnnd Raitt zu *Franckfurtt* vnnd der Statt *Franckfurtt* klein Innſiegell An dieſenn Brieff zu henckenn das mir Burgermeiſter, vnnd Ratth itzt bekennen, vmb *Harttmanns* vnnſers mitt Scheffenns vnnd Ratthgeſellen bethe willenn der Statt *Franckfurtth* klein Innſiegell heran thun henckenn, So hann ich Hartmann Itzt genanntt darzu mein eigen Innſiegell vor mich vnnd meine Erbenn Ann dieſenn Brieff gehangenn, Datum Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo tertio feria quinta poſt Feſtum *Palmarum*. (15. apr.)

XXIV.

PRÆSENTATIO AD CAPELLAM IN ZIEGENBERG.

Philippus Dei Gratia Lantgravius Haſſie Comes in *Catzenelnbogen Dietz Ziegenhain* & *Nidda* honorabili viro Dño Prepoſito beate *Marie* Virginis Moguntiæ ad Gradus ſeu ejus Officiali favoris noſtri incrementum & ſalutem in Domino. Quia Capella ſanctorum *Ciriaci Anthonij* & *Agnetis* in *Ziegennbergk* ad preſens per obitum quondam Dñi *Petri Appelman* ejusdem noviſſimi poſſeſſoris dum vixit, cujus quidem jus patronatus ad nos & heredes noſtros ſpectat & pleno jure ſpectare dinoſcitur, ideo nos diſcretum *Baltaſar Budeln* tanquam abilem & idoneum vobis preſentandum duximus preſentibusque preſentamus affectantes quatenus eundem

dem *Baltaſar* ſic a nobis preſentatum in & ad dictam capellam prout veſtri eſt officij inſtituere & inveſtire velitis etque de ſingulis fructibus obventionibus atque emolumentis ad dictam capellam ſpectantibus integre reſponderi faciatis adhibitis circa id ſolennitatibus debitis & fieri conſuetis. In cujus fidem has litteras noſtras ſigilli noſtri appenſione communiri fecimus. Datum *Marpurgk* Anno Domini Milleſimo quingenteſimo Decimo octavo viceſima ſexta die menſis Novembris.

XXV.

DOS ALTARIS B. M. V. IN CIMITERIO FRIDESLARIÆ.

In Nomine Domini amen Ego *Conradus* dictus *Hacke* de *Gottingen* canonicus eccleſiæ fridslarienſis Moguntinenſis dioceſ. noviſſima mea rememorans Cauſa devotionis nomine teſtamenti in honorem omnipotentis Dei & genitricis ejus glorioſæ virginis *Mariæ* & beati *Andreæ* apoſtoli pro augmentatione divini cultus ob animæ meæ & omnium progenitorum meorum nec non omnium eorum de quibus mihi provenerunt bona mea remedium ſalutare de pleno conſenſu & bona voluntate honorabilium virorum dominorum Decani & Capituli eccleſiæ fridslarienſis prædictæ altare per me erectum & fundatum in capella glorioſæ virginis *Mariæ* ſita in Cimiterio extra dictam eccleſiam fridslarienſem cum bonis meis ſitis in campis & terminis

villæ *Nidderenzehenern* que comparavi apud *Gisonem* dictum *Lerekindt* opidanum fridslar. pro ducentis & viginti talentis denariorum hassiensium prout in litteris desuper confectis plenius adaparet. Item cum redditibus quinque maldrorum fridslariens. mensuræ partim siliginis & avenæ quos comparavi & emi apud religiosos moniales & Conventum in *Merckirshusen* sub forma reemptionis pro centum talentis denariorum Hassiens. utpote in literis desuper traditis enodatur dotavi & doto dotatione perpetua per presentes & eosdem redditus sive bona pro sustentatione Rectoris ejusdem altaris qui pro tempore fuerit libere dono & assigno, distincto tamen a Rectore dicti altaris pro cujus sustentatione *Gerhordus* dictus *Catzman* subdiaconus fælicis recordationis olim redditus suos fideliter assignavit ut in literis super hoc confectis edocetur. Mitto etiam presentibus Rectorem dicti altaris per me dotati ut prefertur ad ipsum altare & quicumque pro tempore ipsum tenuerit & possederit in dictorum bonorum & reddituum possessionem pacificam & quietam, volens tamen mihi jus patronatus aut jus presentandi ejusdem altaris ad tempora vitæ meæ reservare Postquam vero diem extremum finiero extunc jus patronatus seu jus presentandi ejusdem altaris in *Giselerum* quondam *Johannis Giseleri* filium opidanum in *Gottingen* aut in ejus hæredes masculos transfero per presentes. Insuper si prædictus *Giselerus* tales hæredes non habuerit, extunc Albertus de June seu ejus hæredes jus patronatus seu jus presentandi ad idem al-

tare

tare ſibi uſurpare debebunt. Ceterum vero cum prediɛtus *Giſelerus* ſeu ejus hæredes aut *Albertus de June* ſeu ejus hæredes jure patronatus ſeu jure preſentandi diɛti altaris duabus vicibus uſi fuerint modo & forma ſupradiɛtis extunc jus patronatus ſeu jus preſentandi ejusdem altaris debebit perpetuo permanere apud honorabiles viros Dominos Decanum & capitulum fridslar. ſepediɛtæ absque omni impedimento & contradiɛtione quorumcunque Volens etiam quod ad diɛtum altare nulla perſona preſentetur per Dominos Decanum & capitulum nec per hæredes meos præfatos niſi aɛtu ſit in ſacerdotio conſtitutus aut infra annum ad minus ad ordines presbiteratus promoveatur & continuam moram faciat ac habeat in opido fridslar. & ſingulis ſeptimanis quatuor miſſas per ſe legat altari in eodem, ne diɛtum altare in ſuo officio defraudetur Ita ſane quod Reɛtor ſepediɛti altaris per me dotati ſit ſub obedientia domini Decani eccleſiæ fridslarienſis qui pro tempore fuerit & viſitet chorum ibidem ſicut alii altariſtæ in prediɛta Eccleſia beneficiati temporibus debitis & conſuetis Item volens quod ſi per prediɛtos dominos aut per hæredes meos prefatos aliqua in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum contra voluntatem meam attemptata fuerint quovismodo extunc pro tali vice jus diɛtum altare conferendi transpono & transfero in honorabilem virum dominum Deccnum ecceleſiæ fridslarienſis qui pro tempore fuerit, & in hoc omnia attemptanda contra diɛtam voluntatem meam reformo & reformari volo firmiter per pre-

 ſen-

ſentes. In quorum omnium & ſingulorum premisſorum evidens teſtimonium preſentem dotationis litteram per *Henricum* Notarium publicum infraſcriptum ſcribi & publicari feci & ſigilli mei proprii feci eam appenſione muniri Nos quoque Decanus & capitulum eccleſiæ fridslarienſis predicti recognoſcimus ad premiſſam dotationem plenum conſenſum noſtrum adhibuiſſe, In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum ad cauſas preſentibus eſt appenſum Acta ſunt hec fridslariæ in loco capitulari fridslarienſis eccleſiæ anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo Indictione octava die viceſima nona menſis Januarii hora tertiarum vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri Domini *Vrbani* divina providentia pape *quinti* anno octavo. Preſentibus diſcretis viris dominis *Henrico* de *Webene Arnoldo Schaden Henrico* dicto *Gorttell Johanne* de *Warperg* presbiteris dictæ Moguntinenſis dioceſ. in predicta eccleſia fridslarienſi beneficiatis pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Henricus de Borken* clericus Maguntinenſis dioceſ. publicus imperiali auctoritate notarius quia dotationi donationi aſſignationi reſervationi translationi ac omnibus & ſingulis aliis ſupra narratis dum ſic ut præmittitur per predictum dominum Conradum & coram dominis Decano & Canonicis dictæ eccleſiæ capitulariter congregatis agerentur & fierent una cum predictis teſtibus preſens fui eaque ſic fieri vidi & audivi Ideo preſens inſtrumen-

men-

mentum publicum exinde confeci quod manu propria conſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo ſolito ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium premiſſorum.

XXVI.

FUNDATIO VICARIÆ S. MATHÆI FRIDESLARIÆ.

Wir bruder *Conradt Schlegern* Commenthur des huſes zu *Wiſenfelt* bruder *Heyneman* von dem *Saſſenberg* prior und der convent gemeinliche deſſelben huſſ ſanct *Johans* ordens bekennen offentliche an diſſem briffe allen den die in ſehen oder horen leſen das wir eintrechtlich mit vorbedachtem mude von ſchult von reddelichen ſachen und noth wegen unſers huſes und convents vorgnant verkaufft han und verkeuffen rechtlichen und redlichen dem erbarn man hern *Herman* von *Talwig* Dechen des ſtiffts zw *Fridslar* zwei unſer güter zw *Twisten* eines da *Henrich Wacker* uff ſitzt und das ander das *Henrich Rutze* daſelbs buwet und beſitzet und zwey unſer güter zu *Niddern Urphe* der eins *Johan Bunfel* und das ander *Rudiger* der voylen eiden bawet und beſitzet dorffe in velde in holtz an huſen hoben hobeſtett huben ackern wiſſen weyden waſſern wegen gulde und obleygen gebuwet und ungebuwet beſucht und unbeſucht wie ſie gnant ſein im und wem er die güter und gulde vorgnant gibt vorwiſet verkeuffet oder beſcheidet

vor drey hundert und drey und dreisig schilling turnos guder alden konigs turnos und vier turnos die er uns davor bezcalt gegeben und gewehrt hat der wir in sagen ledig und loss an dissen briffe erblichen eygen zu besitzen zw setzen und entsetzen und zu bestellen nach allem seinem willen und nutze in aller erblichen und eigner weisse mit aller besserung und recht als wir die güter und gulde bisher besessen han und verzihen der vorgnanten guter und gulde zw *Twisten* und zw *Niddern Urphe* und alles rechten das wir daran hetten oder noch gehaben mochten und setzen den vorgnanten hern herman Dechant und die den er die guter und gulde gibt verweisst verkeufft oder bescheidet in gewehr derselbigen guter und gulde und redden und geloben in rechte werschafft zu thun der vorgnanten guter und gulde wanne in des noth ist und wir darumb angesprochen werden, vorth mehr han wir die gnade behalten das wir diese vorgnante guth und gulde widder keuffen mogen gegen dem vorgnanten hern *Herman* Dechant und die den er disse guter und gulde vorwiset verkeuffet gibt oder bescheidet welche Zceit oder wanne wir des byden oder mudende sein umb die vorgnanten sommen geldes bey namen umb drey hundert und drey und dreisig schilling turnos *guder alten kunigs turnos* und vier turnos an allerley hinderial und widder sprache und geben in darüber zw kuntschafft und zw merer sicherheit dissen briff mit ingesigelen unsers Commenthurs und unsers convents vorgnant vestiglich besigelt. Datum

Anno

Anno Dñi M CCC LXI. in die ſancti *Ambroſiij* Confeſſoris.

7 Dec.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti Amen. Ut in futura vita anima viſione beatifica conſoletur expedit ut per largifluam rerum temporalium diſtributionem divinus cultus augmentetur hinc eſt quod nos *Hermannus* de *Talwig* Decanus Eccleſie Fridslarienſis cupientes anime noſtre & animarum omnium parentum noſtrorum prout Divina inſpiraverit clementia procurare remedium ſalutare quoddam altare in Eccleſia Fridslarienſi de conſenſu & bona voluntate Dñorum ſcolaſtici cantoris & Capituli Eccleſie Fridslarienſis ſitum in loco angulari ante capellam que vocaturStimmechin ex oppoſito aſcenſus chori a dextris pro augmentatione cultus Divini in honorem Domini noſtri Jheſu Chriſti quatuor Evangeliſtarum & omnium ſanctorum erexímus & fundavimus & pro ſuſtentatione rectoris ejusdem redditibus decem maldrorum annone partim ſiliginis & avene menſure Haſſienſ. qui de quatuor allodijs ſeu bonis in terminis camporum villarum *Twiſte* & *Niddern Urphe* ſitis que a Commendatore & Conventu Ordinis Sancti *Johannis* in *Wyſenfelt* emptionis titulo comparavimus perpetuis temporibus cedere debebunt & una domo cum ſuis pertinentijs ſita in opido Fridslarienſi retro domum & curiam que quondam erat Syffridi uffin hoibe per nos pro quadraginta & ſex talentis haſſienſium denariorum empta dotavimus & dotamus legittime

 per

per presentes ita sane quod quicunque rector dicti altaris pro tempore fuerit de dictis redditibus altaris quatuor cerea lumina quorum quodlibet unum talentum cere contineat in anniversario nostro apud sepulchrum nostrum infra vigilias & missarum solemnia incendenda & ardenda perpetuis temporibus debebit debite & absque contradictione procurare. Idem etiam rector dicti altaris quicunque pro tempore fuerit singulis diebus Dominicis in dicto altari missam de die vel de sancta Trinitate secundis ferijs pro fidelibus defunctis sextis ferijs de sancta cruce vel diebus sabbathis de Virgine *Maria* temporibus perpetuis per se vel per alium nisi per cessationem Divinorum vel per interdictum Ecclesiasticum legittime prepeditus legere debebit prout ad hoc faciendum idem rector altaris tempore quo sibi dictum altare confertur fide data loco juramenti se debebit obligare, cujus quidem altaris collationem cum ipsum vacare contingerit nobis & *Rheinhero* fratri nostro militi in solidum & conjunctim quam diu vixerimus vel alter nostrum super vixerit *Elgero* de *Talwig* & *Rheinhero* de *Hanstein* Canonicis Ecclesie Fridslariensis post obitum nostrum similiter in solidum & conjunctim presentibus reservamus, postquam autem omnes viam universe carnis ingressi fuerimus ex tunc dicti altaris collatio ad Decanum Ecclesie Fridslariensis quicunque pro tempore fuerit devolvetur. Insuper pro majori cultus divini augmentatione novem festa, primum in secunda feria pasche secundum in vigilia penthecostes, tertium pro secunda feria

ria penthecoſtes, quartum in tertia feria immediate ſequente quintum in *cena Domini ad mandatum* ſextum in die ſancti *Ambroſij* ſeptimum in die Clementis octavum in die Juliane virginis & nonum in die *Vincentij* Martyris feſtive in choro Eccleſie Fridslarienſis inſtituimus perpetuis temporibus peragenda, ita tamen quod in cena Dni mandato peracto Reſponſorium: *Triſtis eſt anima mea*, ſolemniter in choro decantetur, quo finito verſiculum: *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens*, cum collecta: *reſpice queſumus Dne ſuper hanc familiam*, legendo ſubſequatur & tunc preſentibus preſentia datur; ad que feſta ut premittitur peragenda redditus annuos novem talentorum denariorum Haſſienſ. prout ſpecificabitur infra damus & preſentibus aſſignamus, quorum quatuor ſingulis annis de quibusdam bonis in *Langenvenne* & in *Madin* ſitis que emptionis titulo a *Henrico Brunonis* & *Brunwardo* fratre ſuo comparavimus, & quatuor ſingulis annis de bonis in terminis ville campi Volthain ſitis que ſimiliter emptionis titulo a *Heinrico* Conradi de *Caſſele* emimus, nonum vero talentum ſingulis annis de conventu in *Nordesbuſen* quod ab eodem emptionis titulo comparavimus cedere debebunt, ita tamen quod in quolibet feſto predictorum unum talentum denariorum inter preſentes in choro prout moris eſt diſtribuatur. Pro melioratione autem dictorum reddituum & augmentatione per nos ad dicta feſta aſſignatorum ut prefatur quidquid nobis poſt obitum noſtrum tam in preſentijs chori quam de annis gratie cedere poterit preſentijs feſtorum juxta con-

consuetudinem nostre Ecclesie deputamus & presentibus irrevocabiliter assignamus. Item quia in primis quinque festis per nos institutis de consuetudine Ecclesie Fridslariensis lumina ponuntur in pulpito & incenduntur Custodi Ecclesie Fridslariensis pro luminaribus in ultimis quatuor festis videlicet *Ambrosij Clementis Juliane* Virginis & *Vincentij* Martiris in pulpito chori incendendis perpetuos redditus quinque solidorum denariorum Hassiensium unius pulli Michaelis de bonis in *Ungedancken* sitis que dictus korbere colit dandos similiter presentibus assignamus, Insuper cupientes esse participes bonorum operum que per ipsos altaristas Ecclesie Fridslariensis in Divinis aguntur officijs ipsis irrevocabiliter presentibus damus & assignamus redditus annuos unius marci argenti puri quos ab *Otthone* de *Falckenberg* Cantore Ecclesie Fridslariensis & *Johanne* alias dicto *Grutzing* milite fratre suo nobis emptionis titulo comparavimus de villa *Holtzheim* dandos pro vino & hostijs temporibus perpetuis per ipsos altaristas pro missarum celebratione comparandis. Item pro pauperum recreatione perpetuis temporibus in sextis ferijs facienda deputamus novem quartalia siliginis & avene mensure hassiens. de bonis in *Twisten* & in *Niddern Urffa* sitis pre expressis danda & quidquid provenerit de uno allodio in *Metze* sito quod dicitur das Stritgudt quod ab *Otthone* de *Holtzheim* milite emimus quod etiam erat quondam patris nostri ita videlicet quod rector dicti altaris quicunque pro tempore fuerit, hujusmodi redditus tollere & colligere

gere debebit & perpetuis temporibus de dictis redditibus unum abatum filigin. pistare in tredecim uncias panum procurare debebit, quos singulis sextis ferijs per totum annum in curia que vocatur Schulehoib inter pauperes ibidem existentes in pulsu misse parrochialis distribuere debebit & dividere ita tamen quod idem rector de dictis redditibus singulis annis Decano, seniori vicario & seniori altariste in ingressu Ecclesie Fridslariensis quicunque pro tempore fuerit legittimum computum facere debebit & honestum, cui tamen rectori in recompensam suorum laborum & precio pistoris redditus unius maldri annone partim siliginis & avene dandos de dimidio manso in *Basenhusen* sito qui erat quondam *Otthonis* de *Holtzheim* militis & quicquid superfuerit de dictis redditibus pauperum presentibus assignamus, si vero predicta bona & redditus predicti per nos ob spem reemptionis empti ut in litteris desuper confectis plenius continetur reempti fuerint in toto vel in parte videlicet quatuor allodia in *Twisten* & in *Niddern Urffe* pro trecentis & triginta tribus solidis Thuronensium antiquorum & regalium cum quatuor Thuronibus & redditus quatuor talentorum qui cedunt in bonis *Langenvehnne* & in *Maden* sitis pro sexaginta & quatuor talentis Hassiens. denar. redditus quatuor talentorum qui cedunt de bonis in *Volchain* sitis pro quinquaginta & sex talentis denar. hassiensium redditus unius talenti qui cedunt de conventu in *Nordershusen* pro quindecim talentis den. hassiens. redditus unius marce argenti puri qui cedunt de precaria

pro

pro decem marcis puri argenti, redditus unius maldri partim ſiliginis & avene qui cedunt de dimidio manſo in *Baſenbuſen* ſito pro ſedecim talentis denar. haſſienſ. & bona que dicuntur Stritguth ſita in *Metze* pro quadraginta & quinque marcis puri argenti, Ex tunc Decanus ſenior vicarius ſenior Altariſta Eccleſie Fridslarienſis & idem rector altaris quicunque pro tempore fuerit dictam pecuniam tollere debebunt & cum eadem totaliter alia bona & redditus cum ſcitu Capituli Fridslarienſis Eccleſie emere in recompenſam bonorum & reddituum reemptorum quos ad hoc faciendum poſt obitum noſtrum noſtros perpetuos executores & teſtamentarios elegimus & per hoc ipſorum conſcientias prout ſuper eo altiſſimo rationem reddere voluerint oneramus, locationem vero bonorum & dislocationem ad altare & ad pauperum elemoſinas per nos deputatorum ut premittitur & quamlibet ipſorum diſpoſitionem ac quicquid cedere poterit de eisdem predictis redditibus fructuum exceptis ad tempora vite noſtre propter melius nobis reſervamus, poſt obitum vero noſtrum in dicti altaris rectorem transferimus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum evidens teſtimonium nos *Hermannus* de *Talwig* Decanus ſupradictus ſigillum noſtrum una cum ſigillo magno Capituli Eccleſie Fridslarienſis preſentibus duximus apponendum. Datum Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo quarto ipſo die beati *Bonifacij* Epiſcopi glorioſi.

5. Junij.

Wir

Wir Official der probſtie zw *Fritzlar* bekennen in diſſem offen briffe das vor uns geweſt ſein die beſcheiden leude peter *Eberhardt* burger daſelbſt und *Konna* ſein ehliche wirtin und han bekant vor ſich und alle ire rechten erben das ſie rechtlichen und reddlichen mit gutem wolbedachtem mude eins ſteden ewigen Kauffs verkaufft hain und verkeuffen in und mit Crafft diſſ briffs dem erſamen hern *Johan Rodenberg* priſter altariſten und vormund des altars ſancti *Mathei* in ſanct *peters* Kirchen Zw *Fridslar* gelegen und allen ſeinen nachkommen vormunden deſſelben altars ein garthen gelegen vor dem Schylderthor zuſchen des erſamen hern *wigand Nordewig* uff ein und *Otthen Bremen* garthen uff die andern ſeiten vor zehen gute geneme volwichtige Rheiniſche Gulden der und ein orth eins gulden die derſelbe Keuffer in mit gereidem gelte güttlich gegeben gezcalt und wol bezcalt hat und die verkeuffer han vor ſich und ire erben gentzlich uff den vorgeſchriben Garthen vorzihen und uff alle das recht das ſie daran gehat hain und hirnoch gewinnen mochten und ſetzen den mergnanten Keuffer und ſeine nachkommen darinne in ein ruwliche beſitzung und egene gewehr ſtede und ewiglich zu habende und zu beſitzende und zu gebrauchen noch alle irem nutze und willen und ſie ſoln und ire erben wollen dem Keuffer und ſeinen nachkommen diſs Kauffs rechte gantze volnkommen wehrſchafft thun und auch alle anſprache abethun als gewonlich und recht iſt wanne und alſo dick in der noth iſt ohn alle geverde,

verde, Diffes zw bekenntnis han wir Official egnant umb bede willen der dikgnanten verkeuffer vor fie und ire erben den Officiat ingefigel an diffen briff gehangen. Datum anno Domini Millefimo quadringentefimo quadragefimo ipfo die fancti *Michaelis* prefentibus ibidem honeftis viris *Petro Droffel* & *Johanne Oleyfchleger* teftibus ad premiffa vocatis pariterque rogatis.

29. Sept.

XXVII.

SALMANNUS EPISCOPUS WORMATIENSIS CONCEDIT FACULTATEM DILATANDI ECCLESIAM PAROCHIALEM IN HIRSHHORN, IN EAQUE III. BENEFICIA SACERDOTALIA INSTITUENDI.

Salmannus Dei & Apoftolicæ fedis gratia Epifcopus Wormatienfis ad Univerforum deducimus notitiam per præfentes, Cum domum Dei deceat effe decoram, hinc eft, quod nobilis vir Dominus *Engelhardus de Hirfchhorn* fenior intendens & defiderans Ecclefiam Parochialem villæ *Ersheim* * noftræ Diœces. ac cimiterium ejusdem eccliæ amplificare, altius & magis ornato modo ædificare ob laudem Chrifti gloriofiffimæ Virginis *Mariæ* Sancti *Nazarii*, omniumque Sanctorum nobis humiliter fupplicavit, ut prædicta de nris Confenfu & bene-

* Hirfchhorn.

beneplacito procederent, & nrũm pium Consensum adhibere dignaremur, nos igitur attendentes, quod cum a nobis petitur, quod justum est & honestum quod tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nũri ad debitum perducatur effectum præfati nobilis viri dñi *Engelhardi* precibus seriosis, licitis & honestis moti authoritate nrã ordinaria memorato dño Engelhardo, ut dictam Ecclĩam in Ersheim in toto vel in parte ac murum Cymiterii Ecclĩae ejusdem infringere, una cum summo altari, si necesse fuerit, & eosdem amplificare, altiori forma & modo ac magis ornate ædificare possit, & valeat, nrũm consensum expressum adhibemus. Cæterum, cum antescriptus dñus *Engelhardus*, ac dñus *Joannes de Hirsborn* frater naturalis & legitimus ejusdem domini *Engelhardi* dudum desideraverint, & desiderent tria beneficia sacerdotalia in præfata Ecclĩa Parochialia Ersheim instituere, & dotare ob speciales affectiones, quas habuerunt, & habent ad Ecclĩam Parochialem prædictam, cum corpora aliquorum suorum parentum sint in eadem ecclia sepulta, supplicaverunt siquidem nobis, ut cum dñus *Engelhardus* prædictus jura Patronatus duarum Ecclĩarum videlicet Ecclĩae Parochialis villæ *Eschelbach* & *muckenloch* ac dñus *Joannes* prælibatus Jus Patronatus Ecclĩæ *Risolsheim* nrãe Diœces. ad dicta tria beneficia sacerdotalia instituenda, & dotanda, ad quos, ut dixerunt tanquam ad veros & legitimos patronos dictarum

Eccliārum rectores præficiendi pro tempore, dum vacant præsentāones spectarunt pure propter Deum, ac remedium, omniumque ipsorum suorum progenitorum animarum salute, sponte & ex certa sciā rite & legitime donaverint pro hujusmodi institutionibus & dotationibus dictas Eccliās cum omnibus fructibus, Juribus, redditibus & obventionibus ad dicta tria beneficia sacerdotalia, ut præmittitur instituenda, & dotanda, unire & incorporare, etiam ob divinæ remunerationis meritum dignaremur. Nos igitur præfatorum Fratrum precibus seriosis prædictas donationes se fecisse ad dicta beneficia sacerdotalia instituenda & dotanda favorabiliter agnoscentes, ac eorum precibus de Votis inclinari præhabitis legitimis deliberationibus, & tractatibus præmaturis prædictas donationes jurium patronatus, ad dicta beneficia, ut præmittitur instituenda factas pñtibus in quantum in nobis est, expresse approbamus, nrūm Consensum benivolum eisdem impendentes, ut divinus cultus augmentūr, & periculis animarum obvietur, easdem Eccliās Parochiales in *Eschelbach*, *Mockenloch* & *Risbolsheim* nrāe diocef. ad dicta tria beneficia sacerdotalia in præfata ecclиā Villæ *Ersheim* instituenda, & dotanda unimus, & incorporaliter, & benigne, sic videlicet, quod rectoribus dictarum Eccliārum, qui nunc sunt simul vel successive cedentibus, vel decedentibus, omnes, fructus, redditus, proventus dictarum eccliārum ad institutionem dictorum trium beneficiorum instituendorum, salvis tamen

tamen juribus omnibus, nobis ac ſucceſſoribus noſtris poſſint applicari, ne vero dictæ Parochialis Eccliæ impoſterum debitis & Conſuetis officiis defraudentur & ne populus ipſarum parochiarum in Sacramentis Eccleſiaſticis, & aliis ſibi pro tempore impendendis præjudicium patiantur, volumus per prædictum dñum *Engelhardum* quo ad Ecclias in *Eſchelbach* & *Muckenloch* & prædictum dñum *Joannem* ante ſcriptum, quo Eccliam in *Riſolsheim* Vicarios idoneos perpetuos de ipſis Eccliis, & earundem Curis inſtituendos nobis & ſucceſſoribus noſtris debeant Canonice præſentari, & tales, ſi aliud non obſtiterit, inveſtiri, qui plebis inibi curam gerant, & divina celebrent, & peragant, ut eſt moris, quibus Vicariis de proventibus earundem Eccliarum tales portiones volumus ante omnia aſſignari, de qua honeſtam ſuſtentationem iidem Vicarii habere, hoſpitalitatem tenere, Jura Epiſcopalia perſolvere, aliaque onera emergentia pro tempore comode valeant ſupportare, alias dictæ incorporationes & uniones nullius ſint roboris, firmitatis, reſiduum vero, quod ſuper eſt de univerſis redditibus, fructibus, proventibus, obventionibus & Juribus liceat tribus dictis beneficiis ſacerdotalibus, ut præmittitur, inſtituendis, in perpetuum legitimis uſibus applicare. In cuivis rei teſtimonium & evidentiam pleniorem ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Anno dñi M° CCC° L° quinto dominica, qua cantatur *reminiſcere*.

1. Martij.

XXVIII.

INSTITUTIO ANNIVERSARIORUM ET VICARIAE PER UDALRICUM DE QUIRNBACH CANONICUM MAJORIS ECCLESIAE SPIRENSIS.

In Nomine Sancte & individue Trinitatis. majoris Ecclesie Spiren. Capitulum notum sit tam presenti Etati quam future Posteritati. qualiter Dnus *Udalricus de Quirnbach* Concanonicus noster contractu Emptionis obtinuit apud Abbatem in *Limburc* & Conuentum suum hobam unam in *Schifferstat*, & Vineam unam in *Wacbenbeim* sitam in loco qui dicitur Kazenloch. Idem autem *Udalricus* pie intentionis intuitu inductus predictam hobam & prememoratam vineam Ecclesie nostre & aliis omnibus Conuentualibus Ecclesiis & Capellis in *Spira* sitis pro remedio anime sue cum omni jure suo plena libertate sicut ea emerat, contradidit. Nos vero & Canonici predictarum Ecclesiarum eadem Bona Abbati Universitatique totius Conuentus in *Limburc* donauimus ea videlicet Conditione, ut Abbas de *Limburc* portenario Ecclesie nostre singulis annis in festo *Symonis* & *Judae* V. maltra tritici burgensis Mensure, & III. hamas uini & tria Quartalia secundum mensuram nostram soluat. Insuper Dnus de *Limburc* soluat singulis annis eodem festo V. solidos Dno Priori ejusdem Monasterii representaturus ut in prima Die post Commemorationem omnium animarum defuncto-

rum

rum refectionem inde habeant, & anniuersarium suum eadem Die celebrent. preterea illud Institutum esse innotescimus, quod si predicta Bona ex incuria negligentie inculta remanserint, aut aliquo forte casu a monasterio alienata fuerint. Abbas predictus & ipsum Monasterium predictos reditus persoluat, & si Abbas Dnis suis V. solidos constituta Die non soluerit. querimoniam ad Canonicos de Spira deferant, ut per eos ad solutionem illorum cogatur. Ut autem hec rata & inconuulsa permaneant; sigilli nostri & Abbatis in *Limburc* ac aliarum Ecclesiarum in Spira Impressione roborauimus. huius autem facti Testes sunt hii. *Vlricus* Abbas, *Fridericus* Prior, *Gerungus* Capellanus, *Heinricus* Caluus, *Johannes* Cellerarius, *Anselmus* Camerarius, *Cunradus*, *Burchardus*, *Albertus* Cantor, & totum Capitulum in *Limburc*. Otto Prepositus noster. *Vt.* (a) Decanus. *A.* (b) Scolasticus. *A.* Portenarius * *C.* Prepositus sancti *Germani* & suus Conuentus. *A.* Prepositus sancti *Widonis* & suus Conuentus. Vl. (c) Prepositus sancte *Trinitatis* & suus Conuentus. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCXC.VI. Indictione XIIII. sub Episcopo Spiren. *Ottone* feliciter Amen. Item *Ulricus* idem cum Dnis nostris emit quod-

 dam

(a) Udalricus.

(b) Andreas.

* Officium in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis tempore vitæ communis clericorum usitarum vid. vicaria portenaria sive janitoris apud de Gudenus Tom. II. pag. 761.

(c) Udalricus.

dam predium in *Herminsheim* pro Herdenſibus, cuius pretium ipſe medietatem ſoluit eo pacto, quod media Pars tocius utilitatis ex eisdem Bonis prouueniens Vicario ſuo quem ipſe choro ſeruire conſtituit, cedat. Item predium quoddam comparauit in *Heiligenſtein* ſcilicet XLVI. Iugera & curtim unam inſtituens, ut & illa utilitas eidem cedat Vicario. Item emit quendam Lacum, in quo Piſces capiuntur pro XIII. Marcis in Loco qui dicitur Kazmar & omnia attinentia, cuius utilitatem eidem Vicario contulit. Item inſtituit ut ad quemcunque Canonicorum curia ſua deuoluatur. eidem vicario in Anniuerſario ſuo talentum Spirenſis Monete conferat. Item a gratia Dnorum noſtrorum optinuit eidem Vicario, ut omnem ordinem vicis ſue velut alius Vicarius in Choro expleat, & in ſolucione ſeruitiorum portionem talem qualem alius accipit Vicarius recipiat. preterea inſtituit, ut totale Stipendium iſtud de predictis omnibus prouueniens ſit in manu Decani, ut ipſe ſolus mortuo uno Vicario alium ſubſituat, ſed ſolum ſacerdotem, & idem ſacerdos omnibus diebus quibus licitum eſt Miſſam pro defunctis cantare debet pro remedio anime ejusdem *Ulrici* & anima Patris & matris ſue & Epiſcopi *Ulrici* & omnium Parentum ſuorum. Conſtituit quoque idem Ulricus quod Anniuerſarium quem proximo die poſt Commemorationem omnium Animarum & adhuc eo viuente inſtituit celebrari. in Die mortis ſue Anniuerſarius eius celebriter celebretur pro ſeruitio quod idem Vicarius exhibet Choro,

&

& idem Vicarius in Anniuerſario ſuo nummum efferat, & tres Candelas fieri jubeat de talento cere, quarum una ponetur ſuper maius Altare, altera ad altare ſancti *Johannis*, tertia ad *Sanctam Crucem*.

XXIX.

INSTITUTIO QUATUOR VICARIARUM MARTINENSIUM * PER GERLACUM DE ALBECH CANTOREM SPIREN.

B. Dei gracia Epus totumque Capitulum maioris Eccleſie Spiren. inperpetuum rebus geſtis tenemur racione officii noſtri teſtimonium perhibere, quia facta tanto maioris ſunt roboris quanto a perſonis autenticis Vigorem Teſtimonii ſorciuntur, inde eſt quod nos ſcimus & teſtamur, quod Gerlacus Canonicus & Cantor Eccleſie noſtre pio ductus affectu ad honorem Dei & ſancte *Marie* genitricis ſue deſtinauit miniſtrare de Bonis ſuis quatuor ſacerdotibus CCVIII. modios ſiliginis, ut unicuique illorum L. II per ſingulas ſcilicet anni ſeptimanas quartus modius vni aſſignentur nomine prebandarum, ea videlicet racione, ut iidem ſacerdotes ſint aſtricti ad ſeruiendum choro noſtro, & ad obediendum Decano noſtro in omnibus ſicut alii Chori noſtri ſacerdotes Vicarii, ſintque ſuccen-

 tores,

* a Capella ſ. Martini ſic dicti.

tores, Cantores videlicet in festiuitatibus intitulatorum adiutores, rectoresque tonorum Chori assidue nihilominus astricti ad celebrandum omni die missam de sancta *Maria* solempniter, quam quartus sacerdotum ipsorum juxta vicem septimane sue celebrabit, aliis tribus astantibus semper ministrantibus & continentibus decenter, ne autem huic honeste ordinacioni possit aliquid deperire, jam dictus Cantor prefatis sacerdotibus, obligauit curiam suam quam inhabitat Schachen, piscinam cum Durstphule adiacente, Hochvilde & Hohengrient, Chulachen & Wiele cum suis appendiciis quidquid fiat de Cantore, ipsi sacerdotes, & eorum in perpetuum successores de suis prebendis securi sint, que bona omnia si continget Cantorem decedere, iidem sacerdotes tenebunt post mortem Cantoris annum unum & dabunt ea redimenda heredibus Cantoris nam sicut ipse constituit pro tanto rerum, vnde possint sibi constitutas prebendas scilicet CCVIII. modiis siliginis in perpetuum sine Diminucione percipere, quod si heredes bona redimere noluerint aut neglexerint, infra annum extunc de Consilio & Auxilio Capituli, non obstante aliqua heredum contradictione vendentur ipsa bona, & conuertentur in vsus ipsorum sacerdotum, ut pensionem sibi constitutam possint accipere, reliquiis precii, quod forte in vendicione Bonorum superfuerint, redeuntibus ad heredes. Si vero Cantor in vita sua tantum terrarum sancte *Marie*, & suis sacerdotibus assignabit, vnde Pensio sepedicta frumenti potest liberari, sua bona prefata ad cautelam

lam

lam ſacerdotibus obligata ad ipſum Cantorem libere redibunt, voluit etiam ſepedictus Cantor, & nos approbamus, ut ipſe quoad vixerit, & ſui in perpetuum ſucceſſores Cantores habeant ius ipſas prebendas, tantum ſacerdotibus notis & idoneis conferendi, ſi vero Cantorum futurorum aliquis preſcriptam formam in conferendis iſtis prebendis per omnia non ſeruauerit, ea vice jus ſuum in conferendo ſe nouerit amiſiſſe, & poteſtas huiusmodi ad Decanum illius Temporis deuoluetur, ut ſaltem per ipſum Decanum pia donatoris ſeu legatoris voluntas obſeruetur, nos vero volentes libenter iſti honeſto Propoſito quid boni facere ſi poſſemus, ſepedictis ſacerdotibus ad celebrandum miſſam de Dna noſtra Altare S. Petri in cripta ſi commode haberi poteſt a cuſtode noſtro deputamus, alioquin Decanus noſter Dno S. de conſenſu noſtro altare & Capellam ſancti *Martini*, cuius jus Donacionis ad ipſum ſpectat, ipſis ſacerdotibus ad ſuam ſolempnitatem contradidit, ut in ipſa ſicut dictum eſt ſimul miſſam de Dña noſtra omni die peragant, & oblaciones ſiquas Dominus dederit, inter ſe, equaliter parciantur in noſtro dormitorio * loca ad dormiendum ſicut nos iuxta conſuetudinem habituri. Acta ſunt hec Anno Incarnationis Dñi Milleſimo CCXXVIIII. Indictione II. in preſencia & ſub teſtimonio ciuium

L 5 Spi-

* Veſtigium vitæ communis. ſupereſt hodiedum nomen *Dormentarius*. *Dormitoriarius* apud Martene Tom. 4. anecd. col. 605. qui cuſtos erat communis dormitorij. Spiræ adhuc vocatur *Dormenter*.

Spiren. *Elbewini* nigri tunc temporis Sculteti, *Elbewini* Albi, *Bertholdi* filii *Rufe*, *Walthri* ante monaster, *Waltheri Barbe*.

XXX.

ORDINATIO CIRCA PRAEDICTAS VICARIAS.

C. Prepositus S. Decanus, & Uniuersum maioris Ecclesie Spiren. Capitulum. Omnibus in perpetuum presencium tenore fidem adhibere Ecclesie nostre Cantor *Gerlacus*, qui pio ductus affectu, ad honorem sancte Genitricis Dei, quatuor sacerdotibus de suo patrimonio quatuor constituit Prebendas, sicut ex quodam alio Instrumento super hoc edito constat euidenter, attendens quod iidem sacerdotes in ministerio beate Virginis nimis erant negligentes in solempnizando & aliis minus erant frequentes quam debuerint, uel deceret de nostro Consilio, & predictorum assensu sacerdotum, statutis prioribus hec adiecit, quod siquis ex sacerdotibus memoratis infra muros ciuitatis existens per quatuor dies continuos hora ministerii sui in Capella S. *Martini* defuerit, prebendam suam se nouerit amisisse, nisi talis eum necessitas excusat, que merito debeat excusare, qui vero uno Die vel duobus, aut eciam tribus siue mediate siue immediate defuerit eius infra muros existentis, contumacia sic punietur, quod presentibus cedet Porcio prebende absentis, & ne sibi mutuo por-

porciones huiusmodi aliquo Collusionis dolo remittere possint, singuli sacerdotum eorundem sponte in nostro Capitulo Juramentum, quemadmodum omnes jurabunt, qui ad istas prebendas in posterum eligentur, sed si remittendo sibi, contra juramentum huiusmodi venerint prebende sue periculum se non dubitent incurrisse. Item gaudebunt Licencia octo dierum eundi quo voluerint, & hoc quater in Anno, quam eis Decanus Ecclesie nostre pro negociis suis agendis non denegabit, cuius Licencie terminos, qui excessit ipso facto prebendam suam se senciet amisisse, nisi legitimum Impedimentum pretendere possit, sicut est superius prenotatum Actum Anno Dni Millesimo Ducentesimo tricesimo tertio sub Venerabili Patre ac Domino Episcopo *Berengero.*

XXXI.

PIA DISPOSITIO GERLACI RATIFICATUR AB EPISCOPO.

C. Dei Gracia Epus totumque Capitulum maioris Ecclesie Spiren. omnibus in perpetuum. Laudabile Dilecti G. Cantoris nostri Testamentum, quod quondam temporibus bone memorie predecessoris nostri ad honorem Dei & beate *Marie* Genitricis eius condidit, ratum habere volentes sub pena Excommunicacionis firmiter inhibemus, ne quis tam honesto suo proposito contradicere audeat, aut presumat, constituit quidem de bonis suis,

sicut

ſicut ſcimus, & prout in Inſtrumento ſuper hoc concepto vidimus, miniſtrari quatuor ſacerdotibus CCVIII. modios Siliginis, ut unicuique illorum LII. per ſingulas ſeptimanas, uni unus modius aſſignentur nomine prebendarum, ea videlicet racione, ut hiidem ſacerdotes ſint aſtricti ad ſeruiendum choro noſtro ad obediendum Decano in omnibus ſicut alii chori ſacerdotes, vicarii, ſintque ſuccentores, Cantorum videlicet in feſtiuitatibus intitulatorum (*) adiutores rectoresque tonorum chori aſſidue nihilominus aſtricti ad celebrandum omni Die miſſam de ſancta *Maria* ſolempniter, quam unus ſacerdotum juxta Vicem ſeptimane ſue celebrabit aliis tribus aſtantibus ſemper continentibus decenter, ne autem huic honeſte ſue ordinacioni poſſet aliquid deperire, iamdictus Cantor prefatis ſacerdotibus & Capitulo obligavit curiam ſuam quam inhabitabat Schachim piſcinam cum Durſtphule adiacente Hochfilde, & Hohingrint, Kuwelache Stuphe cum ſuis appendiciis & Wilen, quod predium prefatus Cantor poſtmodum vendidit D. Theolonario & eius Coemptoribus in cuius reſtaurationem coram nobis contradidit duas curias. Sue curie quam inhabitat adiacentes, ut quidquid fiat de Cantore ipſi ſacerdotes ſecuri ſint de ſuis prebendis, que bona omnia, ſi continget Cantorem decedere, hiidem ſacerdotes tenebunt poſt mortem Cantoris annum unum, & dabunt ea heredibus Cantoris pro tanto precio, unde poſ-

ſint

(*) Intitulantur ſive notantur ad certa officia in tabula quadam deſcripta Canonici & Vicarij.

ſint ſibi conſtitutus prebendas ſcilicet CCVIII. modios ſiliginis in perpetuum ſine diminucione percipere, quod ſi heredes bona redimere noluerint aut neglexerint infra annum, extunc de Conſilio & Auxilio Capituli, non obſtante aliqua heredum Contradictione vendentur ipſa bona & conuertentur in uſus ipſorum ſacerdotum, ut penſionem ſibi conſtitutam poſſint accipere reliquiis precii, que forte in Vendicione bonorum ſupererunt redeuntibus ad heredes; ſi vero Cantor in vita ſua tantum terrarum ſancte *Marie* & ſuis ſacerdotibus aſſignabit, unde penſio prefata poteſt haberi bona prefata ad ipſum Cantorem libere redibunt, voluit eciam ſepedictus Cantor, quod nos una cum predeceſſore noſtro approbamus, ut ipſe quoad vixerit & ſui in perpetuum ſucceſſores Cantores habeant jus ipſas prebendas tantum ſacerdotibus notis & idoneis conferendi, ſi vero Cantorum futurorum aliquis preſcriptam formam in conferendis iſtis prebendis per omnia non ſeruauerit, ea vice jus ſuum in conferendo ſe nouerit amiſiſſe, poteſtas huiusmodi ad Decanum illius temporis deuoluatur, Inſuper factum dilecti noſtri S. Decani circa Capellam Sancti *Martini* cuius Jus Donationis ad ipſum ſpectabat ratum habere volumus & confirmamus ut ſcilicet imposterum ipſi ſacerdotes in ipſa ſicut dictum eſt, ſimul miſſam de beata Virgine celebrent & oblaciones ſi quas Dn̄s dederit inter ſe equaliter parciantur, in noſtro eciam Dormitorio loca ad dormiendum juxta Conſuetudinem noſtram ſicut & antea conſtitutum fuerat habituri, ad hoc ut

hiidem

hiidem ſacerdotes tribus vicibus in ſeptimana dicant miſſam pro defunctis ſolempni miſſa celebrata ſecunda, quarta & ſexta feria, tradidit ipſis duas hubas in *Knudenheim*, quarum unam jure proprietario, aliam vero hereditario ipſe & ſui anteceſſores poſſederunt, una earum cum abbate & Conuentu *Mulenbrunnen.* (*) & Magiſtro Curie in *Luſſheim* pro quadam alia commutata, de qua Mag. dicte Curie ducentos caſeos, uel libram Spiren. monete datiuam predictis ſacerdotibus miniſtrabit, preterea nos cum Cantore attendentes. quod hiidem ſacerdotes in miniſterio beate Virginis in ſolempnizando videlicet, & aliis quandoque fuerint negligentes, de noſtro Conſilio ſtatutis prioribus Cantor hoc adiecit, quod ſiquis ex ſacerdotibus memoratis infra muros Ciuitatis exiſtens per quatuor dies continuos horam miniſterii ſui in Capella S. *Martini* defuerit, prebendam ſuam ſe nouerit amiſiſſe, niſi eum talis neceſſitas excuſet, que merito debeat excuſare, qui vero uno Die vel duobus aut eciam tribus defuerit, eius infra muros exiſtentis Contumacia ſic punietur, quod preſentibus cedet porcio prebende abſentis, & ne ſibi mutuo porciones huiusmodi aliquo colluſionis Dolo remittere poſſint ſinguli ſacerdotum eorundem de non remittendo, ſponte in noſtro Capitulo jurauerunt, quemadmodum omnes jurabunt, qui in iſtas prebendas inpoſterum eliguntur, ſed ſi remittendo ſibi contra juramentum huiusmodi uenerint, prebende ſue periculum ſe non dubitent incurriſſe. Item gau-

(*) Maulbrunn in Wirtenbergia.

gaudebunt Licencia octo dierum, & hoc quater in anno, quam eis Decanus Ecclesie nostre pro negociis suis agendis non denegabit, cuius licencie terminos excedens ipso facto prebendam suam se senciet amisisse, nisi legitimum Impedimentum pretendere possit, sicut est superius prenotatum. Datum Anno Dni Millesimo CCXXXIIII. in Vigilia ascenscionis (31. Maii.)

XXXII.

TESTAMENTUM GERLACI SOEPEDICTI.

In Nomine sancte & indiuidue Trinitatis Amen. Anno Dni Millesimo CCXXXIIII. Mense junio. Indictione VII. Ego *Gerlacus* Cantor Spiren. Ecclesie & Canonicus Wormacien. ad honorem Dei, beateque Virginis *Marie* Genitricis sue, sanctorumque Apostolorum *Petri* & sociorum eius omnium bonorum meorum que jure proprietatis vel hereditario possideo testamentum condo in hunc modum, Do quidem & lego omnia bona mea mobilia & immobilia per me quocunque jure possessa, Ecclesiis Cathedralibus Wormaciensis & Spirensis, & easdem bonorum meorum heredes constituo, & primo in bonis meis *Lustat* vbi XI. jugera agri & prati cum domo adiacente teneo, de quibus soluuntur LX. libre Olei in capite Jeiunii (*) quorum bonorum heres est Symon de Lustat. Item in bonis

(*) Initio temporis quadragesimalis.

nis meis *Lengenuelt*, vbi possideo LI. jugera ante siluam, in alio campo versus *Swebecheim* CI. jugera, quorum summa CLII. jugera. Item in curia una, & duobus areis in Villa de quibus bonis omnibus soluuntur uno anno XXXII. maltra siliginis & quatuor Anseres. Item in piscaria ibidem, que dicitur Lengenuelder Ahe, & in Pascuis, ubi IX. jura piscandi & metendi habeo. Insuper & in bonis meis aput *Spiram* ubi possideo versus *Berghusen* iuxta ripam LIIII. jugera campestrium quorum XVI. Sita sunt juxta Viam *Harthusen*, Item versus *Galcmulen* XXV. jugera & dimidium, que attinent supradictis jugeribus quorum summa est LXXXII. minus dimidio, Item infra ripas XXV. & unum quartale, & ex illa parte ripe versus *Rinckenberg* XX. jugera juxta molendinum meum, quod soluit centum maltra siliginis, vnde habent cognati mei in *Albechen* XXIII. in feodo ab Epo Spiren. preterea iuxta patibulum XII. jugera unde soluitur Ecclesie Spiren. maiori quando seminantur sexta Pars. Item in *Ringenberc* LXXXVII. jugera & dimidium arabilis Terre cui attinent quatuor jugera orti culti, & curia, Item ibidem LXII. jugera agri inculti, quorum agrorum incultorum in *Spira* & *Ringenberc* est CC. jugera & XXIIII. minus quartali, preterea ripam, siue piscinam ante molendinum meum, vnde soluit *Waltherus*, qui dicitur *Odder* duas Libras piperis, Item aream super fossatum Ciuitatis vnde dantur V. solidi & IIII. Cappones. Item curiam aput *Sanctum Widonem*, vnde soluent Ecclesie prenotate V. uncias in Natiuitate beate Virginis

Judeis

Judeis Spirienſibus, Item curiam meam quam Spire inhabito, & duas adiacentes, quas *Woltzo* & *Godefridus* ciues Spiren. inhabitant, pro annua penſione *Woltzo* quidem pro XV. unceis, Godefridus vero pro duabus talen. & dimid. Spiren. Monete datiue quorum terminus incipit in Paſcha Dni, Item piſcinas Schachen, Durſtphul, Hochfilde, & Chulachen, Item piſcinas hohengrient, quas habet *Hartmudus* camerarius Spiren. vnde ſoluit ipſe & ſui heredes III. talen. & dimidium Spirenſium, & duas Libras piperis, ſingulis ſcilicet quatuor temporibus per circulum anni quartam partem, Item Piſcinam in Stufen, quam habent *Hermannus* & *Burckardus*, qui dicuntur *Rorbawere* Spirenſes, unde ſoluent XX. uncias terminis antedictis. Item andelach piſcinas de quibus ſoluit *Heinricus* de *Hochenheim* XII. ſolidos Spiren. & II. ſolidos pro piſcibus etiam terminis antedictis. Item prata mea & paſcua, unum pratum videlicet in *Stufen* quod metunt XXV. viri, (*) item aliud quod dicitur Eſelweide quod metunt XII. viri cum piſcina que dicitur Genſeweide adiacente, Item pratum ultra Renum inter *Enſelnheim* & Renum quod ſpectat ad *Hochfilden* & *Schachen*, quod dicitur Eichenbuſſe quod metunt XL. viri. Item unum quod dicitur Hundetzesgize quod metunt VII. viri, Item aliud quod dicitur Rienwiſe, quod metunt octo viri, Item aliud quod dicitur Irintzesacher, quod metunt X. viri. Item unum quod dicitur Blümetacher,

quod

(*) Germ. XXV. mannsmath.

quod metunt XII. viri. Item unum quod dicitur Ibeſſenwiſe quod metunt XXX. viri. Item aliud quod dicitur Durſtphul, quod metunt IX. viri. Item unum ſuper hochfilden, quod metunt IIII. viri, Item in vicino tantundem, Item ibidem quod metunt II. viri. Item juxta pratum quod dicitur Hube, quod metunt II. viri, quorum omnium ſumma eſt Ducentorum Virorum. Item in bonis meis omnibus in *Didensheim* ubi LVI. jugera in uno Campo & LVI. & Dimidium in reliquo, Item pratum in Loco qui dicitur Engerſe, quod metunt duo viri. Item apud *Ruprechsbure* I. jugerum prati. Item pratum quod dicitur Groswiſe quod metunt X. viri. Item aliud apud Vineam curie quod metunt II. viri. Item Vineas, quatuor videlicet jugera vinee, que dicuntur Haſtæ in Willenſaze, quatuor in Egarde, quatuor in Hochmuren, duo zu Benzemanne, duo & dimidium, zu Calmanne VI. Item XVIII. que dicuntur magna Vinea apud magnam Vineam, quatuor ſuper Hart. II. Item VI. que fuerunt Dñorum maioris Eccleſie Spiren. que commutaui cum eis pro annuali cenſu vini in *Ruprechsbure*, pro duabus ſcilicet amis vini & dimidia, Item in Mezenſtein VIII. jugera, in pomerio IIII. ſuper Vibdal, II. prope vineam curie VIIII. in Helden II. in Cuſelberch III. Item curiam & duas domos adiacentes. Summa agrorum campeſtrium CXII. & dimidium Vinearum vero in *Rupretbsburg* & *Didensheim* LXXX. & dimid. ſuma pratorum XV. jugera. preterea & in omnibus bonis meis apud Wormaciam, ubi habeo ante portam Sančti *Martini* in

inHuntgaſſen V. jugera, extra vallum unum adiacens Dominorum jugeribus S. *Andree*. Item ibidem I. Zweidel, Item ibidem I. juger prope jugera Uxoris *Edelwini* in Kurhegewande in Huſen, I & dimidium prope jugera dicte Domine, Item in ſtrata qua itur Moguncium, prope jugera que fuerunt *Eberbardi* de *Moro*, Item in Veteri ripa *Nubuſen* I. in ſtrata mogunt. in fiſſo Lapide I. juxta ripam verſus Wiſenmulen I. & Dimidium, vltra veterem ripam tria, prope jugera Dnorum Sancti *Martini*, iuxta patibulum dimidium, ibidem quartale, in Kurtzengewande verſus Bubenwerth I. prope jugera F. de Durenkeim, ibidem duo in campo Winsheim in Loco qui vocatur Berleich II. & Dimidium prope jugera Dauidis retro coquinam. Summa horum XXV. jugera, in reliquo campo verſus portam Sancti *Andree* in ſtrata verſus *Hocbeim* dimidium, in ſtrata verſus *Pfeffelkeim* Dimidium ibidem II. in ſtrata verſus *Horgebeim* inter vineas Sancti *Michaelis* tria jugera, apud molendinum Snazes I. verſus *Pfeffelkeim* I. in Widelgewande I. & Dimidium prope jugera Dominorum S. *Martini* juxta Wartam I. & Dimid. prope jugera Waren. in Rubengewande I. adiacens Vicedño in Hannendal II. & Dimidium, prope jugera Capellani in campo Nunnenmunſter verſus ripam apud H - - de fine I. Item unum prope jugera Abbatiſſe, & aream in Nunnenmunſter, ante curiam B. Vicedñi ſitam. Summa dictorum jugerum XVII. Item cenſus in Ciuitate quatuor videlicet ſolidi, qui ſoluuntur de area ſita apud Sanctum *Andream* in feſto *Remigii*. Item quatuor vncias

cias & decem den. & due vncie & X. Denarii, que ſoluuntur de duabus areis ſitis inter cerdones aput ripam; Item II. uncie & X. denar. & quatuor cappones. Item due Vncee & duo Cappones. Item X. ſolidi & duo Cappones qui ſoluuntur de tribus areis ſitis apud Portam Sancti *Martini* in Paſſagio Reni, Item II. ſolidi in Nunnenmunſter in Rinchouen. Summa Cenſus hec XX. Vncee & XXII. Denarii, primos autem quatuor ſolidos qui ſoluuntur de area ſita apud Sanctum *Andream* in feſto *Remigii* deputaui in Recompenſacionem cenſus curie clauſtralis, quam inhabitat *Balerus* cognatus meus, ita videlicet, ut Eccleſia Spiren. in tantundem Wormacien. Eccleſie preferatur. Sunt & alia Bona apud Wormaciam, Curia mea videlicet ſita apud Eccleſiam S. *Martini*, quam inhabitat *Nicolaus* aurifaber, que ſoluit LI. ſolidos annuatim. Item in Northeim quedam jugera Campeſtris terre, unde ſoluuntur XXXVI. maltra ſiliginis, que una cum curia antedicta quondam legaui *Bertholdo* Cantori Wormatien. & eius coheredibus, quod adhuc ratum habeo & firmum eſſe volo, Item in omnibus Bonis meis in *Dirmenſtein*, ubi quidem poſſideo XIIII. jugera antique Vinee XI. & dimid. nove LXXX. Campeſtris terre minus uno. Summa omnium C. quatuor & Dimid. Item ibidem duas curias, quarum unam diuiſam per medium inhabitant *Heinricus* & *Alberdus* filius eius, reliquam inhabitabit *Gebehardus*, qui dicebatur *antiqua pellis*. Item pratum in Merſe, quod metunt tres Viri. Inſuper & in bonis meis in *Ludolfheim*, ubi

habeo

habeo IX. Unecas, quas ſoluit *Hermannus.* Item quatuor uncias & Dimid. quas ſoluunt heredes *Gliſmudis* in *Reichesheim* in feſto *Martini.* Item IX. uncias de piſcina una, quas ſolvit Bertholdus in feſto *Georii* & S. *Michaelis.* Item X. ſolidos minus VII. denar. quos ſoluunt Monachi de *Stivre* in feſto *Georii.* Item II. unceas quas ſoluit Vniuerſitas ruſticorum in *Luidolfheim* de piſcina que dicitur Altria in feſto *Georii.* Summa horum Cenſuum II. Talent. & Dimid. & tres denarii. Item XV. maltra ſpelte, & totidem auene que ſoluuntur cum quatuor Anſeribus, *Wolffframus* & Dimo de agris campeſtribus in Natiuitate beate Virginis. Item duo maltra auene, que ſoluunt Monachi in *Schiurbe.* Item XV. Anſeres, quas dat uniuerſitas Ruſticorum in *Speche* in aſſumptione B. Virginis de ſilua ſpectante ad predicta Bona, preterea in bonis meis omnibus in *Enſelheim*, vbi quidem poſſideo CCCVI. Jugera agrorum, in pratis Vero CLVI. menſuras Virorum. Item IX. Curias & duas areas & quarum una Zonnele ſoluit VI. denar. & unum Capponem, mater eiusdem de alia ſolidum, & duos Cappones, Dña que dicitur Lengenueldern & *Cunradus* maritus eius II. Solidos & quatuor Cappones, *Walterus* ſolidum & duos Cappones, filia piſcatoris VI. denar. & unum Capponem, Vxor horandi VI. denar. & unum Capponem. *Heinricus* Comes VI. den. & I. Capponem. *Heinricus* ſcultetus VI. denar. & I. Capponem. *Giſelbreth* auceps VI. & I. Capponem. *Eberhardus* ſeruus monachorum VI. den. & I. Capponem. Summa Cenſus VI. ſol. &

VI. den. & XV. Cappones. Item quod dicitur Agelholz soluit XX. Cappones, heredes *Eberhardus* & *Heinricus* Comes. Item unam paludem, unde soluit *Luidwarth* quatuor Gallinas & Cuno I. Capponem. Item habeo VI. Jugera preter antedictam, unde quando seminata sunt soluit *Ettelindis* uxor *Dithmari* de quolibet agro dimidium maltrum cuiuscunque seminis seminati fuerint. Item *Heinricus* Scultetus habet octo jugera, unde quando seminata sunt, soluit de quolibet agro quinque Sümberin illius seminis quo sunt seminata. de curia mea Spiren. quam inhabito soluo Camerario. Spiren. nomine Census XIIII. denar. eidem de duabus adiacentibus VIII. den. de curia mea aput S. *Guidonem* Judeis V. Vncias in festo *Martini* soluo, ad Ganhbe IX. sol. Item in festo *Leodegarii* soluo in curia *Rubrebdesburch* IX. sol. in festo *Remigii* soluo de bonis in *Dirmenstein Wernhero* de *Wormacia*, & *Gerhardo Smuzelino* X. unoeas & X. denar. Item filiis *Frizelini* II. Unceas & II. den. & IIII. maltra auene. hec inquam bona antedicta jure proprietatis uel hereditario in terris Vineis, filuis, aquis, pascuis pratis, agris cultis & incultis, Item mobilia & se mouencia a me possessa do quidem & lego Ecclesiis Cathedralibus Spiren. & Wormacien, sicut superius est prenotatum, ea videlicet condicione, ut prefate Ecclesie de Bonis meis omnibus supradictis CCCCXVI. maltra siliginis annua comparent ad prebendas VIII. sacerdotum, quos ad celebrandum cottidie missam de beata Virgine institui in utraque, ita videlicet, ut quatuor in Ecclesia Spiren.

ren.

ren. aput Cappellam S. *Martini* deſeruientes ſinguli LII. maltra ſiliginis recipiant per ſingulas anni ebdomadas unum maltrum, quod eciam circa reliquos quatuor in Eccleſia Wormacien. apud altare beati *Laurentii* deſeruientes volo per omnia obſervari, qui eciam ſacerdotes tribus Vicibus in ſeptimana, ſolempni miſſa celebrata, dicent miſſam pro defunctis, in ſecunda videlicet quarta & ſexta feria, dictum vero altare S. *Laurentii*, Eccleſiæ Wormacienſis prefatis quatuor ſacerdotibus expediet liberum & abſolutum quemadmodum Spiren. Eccleſia reliquis quatuor altare S. *Martini* ad idem officium abſolutum ac liberum deputauit, erunt inſuper aſtricti Choro cottidie & ad obediencıam Decanis in omnibus ſicut & alii Vicarii Eccleſie vtriusque, erunt eciam Cantorum dictarum Eccleſiarum ſuccentores & Cantancium, & legencium intitulatores; Volo preterea & conſtituo, ut quicunque Cantores Spiren. & Wormacien. Eccleſie tunc pro tempore fuerint, ipſi & eorum in perpetuum ſucceſſores Cantores, habeant jus ipſas prebendas ſacerdotibus bone conuerſacionis notis & idoneis conferendi, ſi vero Cantorum aliquis preſcriptam formam in conferendis ipſis non ſeruauerit, ea Vice jus ſuum in conferendo ſe nouerit amiſiſſe, & poteſtas huiusmodi ad Decanos illius temporis deuoluatur, Volo preterea, ut ſiquis ex ſacerdotibus memoratis infra muros Ciuitatum exiſtens per quatuor dies continuos apud dicta altaria in celebracione miſe non fuerit, prebenda ſua omnino careat, niſi eum ta-

lis necessitas excuset, que merito debeat excusare, siquis vero uno Die uel duobus aut eciam tribus defuerit eius infra moros existentis Contumacia sic punietur, quod presentibus cedet porcio absentis & ne sibi mutuo porciones huiusmodi aliquo collusionis Dolo possunt remittere singuli sacerdotum de non remittendo prestabunt iuratoriam Caucionem, & siquis contra juramentum suum tunc venerit, prebende sue periculum se non dubitet incurrisse, volo eciam quod gaudeant licencia octo dierum, & hoc quater in anno, quam eis Decani pro negociis suis agendis non denegabunt, cuius licenciæ terminos qui excesserit, ipso facto prebendam suam se senciat amisisse, nisi legitimum Impedimentum pretendere possit, sicut superius est prenotatum. Oblaciones vero si quas Dñs in dictis Altaribus dederit, vtrobique equaliter inter se parciantur, volo eciam & constituo ut in Aniuersarii mei die omnibus Conuentualibus Ecclesiis Wormaciensibus ad maiorem Ecclesiam venientibus, exceptis Dominabus in Nunnenmünster missamque solempniter pro defunctis ad memoriam mei & parentum meorum Patris videlicet *Anselmi* & matris *Hedewigis* cum vigilia cantantibus unicuique Persone canonicis tantum & Vicariis in Choro tunc personaliter presentibus & non aliis VI. denar. Wormacien. Monete ministrentur, quod eciam circa Dñas monasterii monialium ipsis missam cum vigilia in sua Ecclesia Cantantibus volo obseruari, insuper volo, quod LX. libre olei que de bonis meis in *Lustat* debentur ad lumina ampularum ante Altare S.

Petri

Petri in Wormacia inperpetuum deputentur, & si quid supererit, hoc in vsus dictarum Ecclesiarum equaliter diuidatur, ob id quod omni sexta feria in vesperis Antiphonam *Salue Regina* Cantent, ad suffragia, nisi tate festum intercidat propter quod debeat merito subticeri, hec quidem omnia per dictas Cathedrales Ecclesias venditis bonis meis volo expediri vel si Ecclesie aliunde, aut de suo hoc expedire voluerint, in omnibus Bonis meis tamquam heredes michi succedant legitimi sicut constitui & superius inuenitur. Item quia sepulchrum Domini in transmarinis partibus visitare disposui, si me ante reditum meum decedere contigerit, volo ut hoc meum Testamentum prout conditum est, inconuulsum & firmum in omnibus obseruetur, sin autem auxiliante Dno ad propria rediero adhuc volo idem in suo robore permanere, nisi aliquid per me in contrarium publice ordinetur. Insuper ne quis heredum meorum hoc meum Testamentum ausu temerario impugnare valeat, aut presumat, & ut hec mea ordinacio rata maneat, uniuersa bona mea antedicta Ecclesiis prenotatis tradidi possidenda, in corporalem eciam eas Possessionem inducendo hoc quoque meum Testamentum ad maiorem Cautelam sigillis Venerabilium Dominorum meorum Spiren. & Wormacien. Ecclesie Episcoporum, nec non Capituli sancti Germani Spiren. & S. *Andree* Capituli Wormacien. una cum eo pecii roborari.

XXXIII.

CONRADUS EPISCOPUS SPIREN. UNIVERSA BONA A GERLACO CANTORE SPIREN. RELICTA ECCLESIIS WORMATIEN. ET SPIREN. PER SENTENTIAM DIFFINITIVAM CONTRA PROXIMOS IPSIUS HAEREDES MILITES DE ALBECKE LATAM, ADJUDICAT.

C. Dei gracia Spiren. Epus constitutis coram nobis maioris Ecclesie Spiren. & maioris Ecclesie Wormacien. procuratoribus ex parte una *Anshelmo* & *Emerchone* de *Albecke* militibus ex altera, iidem milites petebant uniuersa bona tam mobilia quam immobilia que Dominus *Gerlacus* bone memorie quondam Cantor Spiren. in Spiren. & Wormaciensi Diocesibus possidebat asserentes ea ad se jure successionis, utpote ad heredes proximos deuoluata, quibus fuit a parte aduersa responsum, quod idem Cantor uniuersa bona predicta Spiren. & Wormacien. Ecclesiis adhuc sanus & incolumis existens integre & absolute donauit inter viuos & possessionem tradidit eorundem, cumque Procuratoribus dictarum Ecclesiarum esset intencionis sue delata Probacio, Milites predicti nullum jus habere in bonis eisdem recognoscentes probacionis onus spontanee remiserunt coram nobis Abbatibus Prelatis, Canonicis ministerialibus, ciuibus expresse confitentes in jure se nullum jus ut dictum est in bonis predictis habuisse uel habere, nos itaque de predictarum personarum Consilio diffinitiuam sen-

ten-

tenciam tulimus pro Ecclesiis memoratis perpetuum silencium supradictis militibus imponentes, Banniuimus insuper Bona eadem Ecclesiis supradictis sub pena Excommunicacionis precipientes, ne quis ausu temerario dicta bona inuadere presumat. Huius rei testes sunt Limpurgensis & sancti Lamberti Abbates ordinis sancti *Benedicti*, Mulenbrunnen. Ordinis Cistercien. Majoris Ecclesie Prepositus, Decanus, Custos, aliarum Ecclesiarum Sancti *Germani* Prepositus, Decanus, Custos, Cellerarius, Sancti *Widonis* Prepositus, Decanus, Custos, Cellerarius, & sancte *Trinitatis* Spiren. *Heinricus* de *Scharffenecke* Senior, & Junior, *Heinricus* de *Nieueren*, *Fridericus de Thane*, *Adeluolcus* de *Lache*, *Ramungus*, *Cunradus*, & *Eberhardus* fratres de *Altdorff*, *Cunradus* de *Ingenheim* ministeriales Ecclesie Spiren. *Voltzo*, *Bertholdus*, *Rufus*, *Diethmarns*, *Theolonearius*, *Conradus Wewat*, *Sigulo* filius *Herlindi* ciues Spiren. & alii quam plures, tam Clerici quam laici. Hec autem ut rata permaneant, & memorie conseruentur, presentem cedulam sigilli nostri impressione duximus muniendam. Actum *Spire* Anno Dñi Millesimo ducentesimo tricesimo sexto, indictione nona IIII. Idus Iunii. *

* 10. Junij.

XXXIV.

XXXIV.

CAPITULUM MAJORIS ECCLESIAE WORMATIENSIS PORTIONEM BONORUM IN ENSELNHEIM ET LUDOLSSHEIM &c. EX LEGATO GERLACI CANTORIS SPIRENSIS HUCUSQUE POSSESSORUM ECCLESIAE SPIREN. VENDIDISSE RECOGNOSCIT.

Prepoſitus Decanus, totumque maioris Eccleſie Wormatienſis Capitulum, cum fallax ſit hominum memoria & de facili ſuboriri poſſit calumpnia neceſſe eſt ea que geruntur litterarum ſerie perennari, profitemur igitur preſencium tenore, quod nos Porcionem bonorum noſtrorum in *Enſelnheim* & in *Ludolsheim*, quam ex legato Domini *Gerlaci* Cantoris Spiren. noſtri Concanonici poſſedimus, & reditus duarum librarum, quas *Diethmarus* Theolonearius ſingulis annis tenetur perſoluere de unanimi Conſenſu noſtro vendidimus capitulo maioris Eccleſie Spiren. pro LXX. marcis puri argenti, quas eciam profitemur nos ab eodem recepiſſe. Teſtes autem huius Vendicionis ſunt: *Bertholdus* cuſtos Sancti *Andree*, & *Heinricus* de *Luſtat* Wormacien. & Prepoſitus ſancti *Germani*, portenarius *Ulricus* de *Schouf*, *Wernherus* de *Hornecbe* Canonici Spiren. & ad maiorem Cautelam ipſi preſentem paginam tradimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Actum Anno Domini M. CC. XXXVII.

XXXV.

XXXV.

ASSECURATIO PRAEDICTAE VENDITIONIS.

Capitulum maioris Ecclesie Wormaciensis profitemur presencium tenore, quod si Capitulo maioris Ecclesie Spiren. aliqua lis de bonis in *Enselnheim* & in *Lutolsheim* ab Abbate & Conuentu de *Sunnensheim* * emerserit, que bona ipsi Capitulo vnanimiter vendidimus, nos medietatem expensarum & Dampni in hac lite habiti eidem Capitulo refundemus, sed si amicabilis Composicio inter eundem Abbatem & Conuentum & prefatum Capitulum interuenerit nos medietatem Dampni si quod ex forma talis Composicionis eidem Capitulo surrexerit restituemus, & in testimonium huius rei presentem cedulam sigillo nostro eidem Capitulo tradimus communitam. Actum Anno Domini M. CCXXXVII.

Extractus Necrologii circa med. Seculi XIII. & seq. conscripti.

VIII. Idus (Januar) Epiphania Domini *Reginoldus* Laicus obiit. *Adelheit* uxor *Marquardi de Badevvege* obiit, in cuius Anniuersario Dñi nostri dabunt duos mod. tritici & dimid. quartam de bonis in *Gumersheim*, ita ut unicuique Dnrum & sacerdotibus Dñi *Ulrici de Quirenbach* ** & Dñi Cantoris & Dñi de *Bernhusen* & S. cru-

cis

* Sinsheim vide Subs. Dipl. Tom. IV. pag. 329.

** vid. supra numerum XXVIII. &c.

S. Crucis prebendario, ſcolaſtici, IV. lectoribus, Magiſtro ſcolarum, fratribus ſedium, * & Campan. Vacancia detur.

XVI. Kal. (Febr.) *Anthonii* Confeſſoris *Ditte-ricus* prebendar. noſter contulit nobis V. marcas puri Argenti ad emptionem bonorum in *Owens-heim* ea forma, ut Dñi noſtri feſtum B. *Anthonii* cum nouem lectionibus celebrent, & ut ipſi de granario noſtro eodem die unicuique Dnrum habencium integras ſeu diuiſas Prebendas & duobus ſacerdotibus D^ni^ *Ulrici de Quirenbach*, quatuor ſacerdotibus cantoris, tribus ſacerdotibus D^ni^ ſcolaſtici, Dñi de *Bernhuſen*, & ſancte crucis, & IIII. lectoribus, & magiſtro ſcolarum unicuique dent duos albos panes maiorem. & minorem duobus campanatoribus duos maiores. conſtituit eciam ut quicquid de bonis in *Owensheim* contingat. Dñi noſtri nihilominus predictos panes de bonis ſuis miniſtrent.

II. Kal. (Sept.) *Paulini* Epi. hac quidem Die *Druta* Scultetiſſa de bonis in *Shibenhart* conſtituit dari cuilibet D^norum^ *Vocanciam* & ſtaupum vini. duobus ſacerdotibus D^ni^ *Ulrici de Quirenbach*, ſacerdoti ad ſ. crucem. IIII. lectoribus, fratribus ſedium. campanatoribus, magiſtro dormitorii.

Ex-

* Stuhl-Bruder qui adhuc ſuperſunt.

Extractus Necrologii circa med. Seculi XVI. conscripti Tom. II.

S. *Bartholomaei* prima Prebenda huius chori (videlicet Decani) de quatuor antiquioribus, quam fundauit *Ulricus de Quirenbach* ad missam animarum A. 1196. annexa est Altari s. *Bartholomaei*, cuius collator Dñs Decanus. Taxa XXVIII. flor. Possessor Mag. *Michael Reiser* ab Ao. 1493.

S. *Andreae* & *Thomae* secunda Praebenda de quatuor antiquioribus ejusd. Chori, quam idem *Ulricus de Quirenbach* instituit ad missam aārum, ut supra annexa est altari s. *Andreae*. Cuius Collator Dñs Decanus. Possessor *Nicolaus Ribisen* ab An. 1460. Taxa XXII. flor.

Sciendum quod summa & animarum Missae olim tantum Dñi Canonici in sacerdotio constituti & sex praebendarii in Ecciesia Spiren. celebrare solebant ita quod interdum eorum fuerunt pauci dictas Missas perficientes propter absentiam aliquorum seu propter Debilitatem personarum, quod honorabiles Dñi *Udalricus de Quirenbaeb* & *Conradus Bernhusen* considerantes, instituerunt in auxilium praemissorum quatuor Vicarias sacerdotales propriis bonis eorum ipsis a Domino omnipotente collatis, hoc videns Dñs *Gerlacus* pro tunc Cantor Ecclesie instituit etiam de bonis suis propriis IIII. Vicarias pro tunc martinenses nuncupatas ut praeessent Choro, in intonationibus tonorum, & ut quotidie solenniter cantarent unam Missam de beata virgine *Maria*, quod etiam hodie seruatur,

dein-

deinde aliqui devoti viri Canonici & Vicarii amore cultus divini ferventibus mentibus accensi instituerunt etiam certas Vicarias, ut personæ eas possidentes essent sub Obedientia Decani, & præessent Choro, sicut prænominati Vicarii; quibus etiam deputata sunt certa Altaria in dicta Ecclesia, in quibus Missas celebrare debent. Adhuc tamen summa & animarum Missæ tantum per Dnos Canonicos, Sexpræbendarios & quatuor seniores Vicarios per multa tempora perficiebantur, interdum tamen satis remisse & negligenter, quod mentes piorum multum commouebat, idcirco quidam deuoti viri Canonici & Vicarii totis viribus Dnis nostris de Capitulo supplicabant, quatenus dictas summas & animarum Missas, deinceps per singulos Presbyteros Chori tam per Canonicos tam per Vicarios celebrare permittere vellent, quapropter ipsi & quam plures alii devoti certos census & reditus ad easdem procurare & ordinare vellent, ita ut quilibet Presbyter de sua septimana haberet aliquod Emolumentum temporale, ut eo diligentius haberet respectum ad missas prænominatas. Domini vero de Capitulo videntes affectus & desideria eorum rationabiles existere, & ex ferventibus mentibus procedere, habitis tamen super huiusmodi in eorum Capitulo tractatibus & Consiliis, quam pluribus unanimiter admiserunt & consenserunt, quod deinceps dictæ sumæ & animarum Missæ per singulos Presbyteros Chori quottidie celebrari deberent, & per succentorem Tabulæ Chori inscribi, inchoando a Dño Decano & per idem latus

latus descendendo de presbytero ad Presbyterum, usque dictum latus Chori fuerit completum, & deinde ad Presbyteros chori Præpositi gradatim de persona ad personam perpetuis temporibus procedendo, cuilibet Presbytero plenam septimanam assignando, ita quod qui celebrat summam Missam in sua septimana, in septimana sequenti debet eciam celebrare Missam animarum quottidie; si autem aliquis Presbytorum prædictorum in sua septimana per eum ut præfertur assumpta aliquam negligentiam committeret, sive in Missis sive in Choro per Decanum pro tempore existentem arbitrarie puniatur, & cum hoc stipendio suæ septimanæ debet esse privatus, & ideo prænominati devoti viri dederunt ad prædictas Missas census subsequentes.

Primo III. lib. X. hallen. deputauit Dominus *Fridericus* dux Austricæ ad præscriptas Missas qualibet die II. hallen.

Item III. lib. hallen. dedit Diemarus *Decanus in Esslingen* 1320. patet circa anniuersarium suum die Praxedis. in antiquis regulis.

Item III. lib. X. hall. dedit *Johannes de Wissenburg* Vicarius 1227. ut in Anniversario suo die S. *Heinrici.*

XXXVI.

TESTAMENTUM HEINRICI EPISCOPI SPIRENSIS.

In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Nos H.. Dei Gracia Spiren. Episcopus anime nostre saluti Dei misericordia mediante pro viribus providere volentes voluntatem nostram exprimimus in hunc modum, ut quingente Marce argenti cum usufructu villarum *Haselach* & *Bubel* prout ab inclitis Romanorum Regibus quondam Dno *Wilhelmo* & Dno *Richardo* habemus. Item quingente Marce argenti, que nobis sunt apud *Heidolfesheim* deputate. Item hec municiones cum omnibus earum attinenciis *Horrenburch*, *Rothenburch*, *Horenberch*, *Steina*, in nostrorum fidei Commissariorum siue Executorum sint plenaria Potestate, quousque de nostris sit debitis plenarie satisfactum, nec volumus quod aliquis nostrorum successorum juris habeat aliquid in eisdem, nisi soluat omnia Debita memorata, preterea ordinamus & perpetuo volumus obseruari, ut de premissis & de censibus, ac aliis bonis nostris, que in ciuitate Spiren. vel extra nostris temporibus sumus adepti, ac eciam de pecunia, que nobis occasione cuiusdam Composicionis olim inter nos & quondam Dnum J. . Herbipolen. Epūm facte, uel cuicunque alteri dari fecerimus, debetur, duo sacerdotes Prebendas habeant duas certas, & uterque viginti unam libr. Hallen. percipiat annis sin-

ſingulis tali modo, quod ambo ſub Obediencia Decani Spiren. in Choro ligati exiſtant, & in Eccleſia Spiren. ad Altaria que ipſis fuerint deputata dicant cum ſuis preparamentis cottidie duas miſſas, unus videlicet ſtatim matutinis finitis de Domina noſtra unam, ſummis feſtivitatibus dumtaxat exceptis, in quibus dicet de feſto, alter vero poſt Elevacionem Hoſtie Miſſe ſancte crucis ſtatim Miſſam incipiet pro defunctis, & de Die dicet, quando non poterit illa dici, & memoriam noſtri agent, inſuper ſuis Expenſis duas illuminabunt ampullas coram predictis Altaribus, que ardeant noctibus & diebus, has Prebendas non niſi ſacerdotibus volumus per predictum Decanum conferri. Item decem Lib. hallen. in anniuerſarii noſtri Die diſtribui equaliter volumus inter omnes Beneficiatos de Civitate Spiren. qui interfuerint Vigiliis & Miſſe in qua Memoria noſtri fiet, & tunc maiores Vigilie cantabuntur. in ipſis autem Vigiliis medietas decem librar. predictarum, & in Miſſa Pars reſidua diſtribuetur inter preſentes, quicunque autem ad Vigilias infra primam nocturnam, & ad miſſam antequam legatur Epiſtola non venerint, & uſque ad finem non permanſerint, illos preſentes nolumus reputari. Item volumus ut omnia ſupradicta, & quecunque poſt nos in mobilibus relinquimus, in predictorum noſtrorum fidei Commiſſariorum ſint plenaria poteſtate, ut de omnibus tam in noſtris debitis perſolvendis ſiue in diuinis obſequiis & Elemoſinis ordinandis, quam in omnibus aliis, quecunque ani-

me noſtre ſaluti expedire viderint, ſic faciant & diſponant, quod apud Deum meritum conſequantur, & apud homines valeant commendari. Actum & datum Wormat. An. Dni MCCLXXII. XIIII. Kal. Februar. * preſentibus infra ſcriptis Venerabili Dno E. . Wormacien. Epõ. *W.* Prepoſito fratre noſtro. *F.* Prepoſito *de Wilburch. Ot. . de Eberſtein*, auunculo noſtro . . Decano . . Scolaſtico & *Hugone de Spigelberch* Canon. Spiren. *Wolfelino* filio & duobus Notar. predicti Dni de *Eberſtein. Ja . .* Capellano & *F.* Notar. noſtro & pluribus aliis. in cuius rei Teſtimonium fieri fecimus preſens ſcriptum & noſtro ſigillo una cum quorundam predictorum ſigillis munitum.

* 19. Jan.

Explicatio Siglarum & Sigillorum præſentis Chartæ.

H Heinricus Epũs Spiren. (qui pie in Dno obiit 4. Kal. feb. (29. Jan.) A. 1272. Teſt. Necrolog. fol. 43b.)

Iringus Epũs Herbipolen.

Eberhardus Epũs Wormatien.

Walramus Præpoſitus ibid.

Fridericus Præpoſitus Wilburgen. (Weilburg ſive Vilburgum Oppidulum Weteraviæ ad Loganum fluvium Ditionis Naſſovien. non procul a Wezlaria.)

Otto de Eberſtein

Decanus Spiren. videlicet Albertus.

Scholaſticus Spiren. Adelvolcus.

Hugo

Hugo de Spigelberg Canon. Spiren.
Wolfelinus filius prædicti Dni de Eberstein.
Duo Notarii ejusd. Ottonis de Eberstein.
Jacobus Capellanus Heinrici Epi Spiren.
F. Notarius ejusd.

Sigilla.

†. Eberhardus Dei gracia Wourmacien. Epūs.
†. Heinricus Dei gracia Spiren. Epūs.
†. Walrami Præpositi Wormat. Ecclesie.
†. Alberti Decani Eccles. Spiren.
†. S. Magr. Adeluolci Scolastici Spiren.
†. Hugonis de Spigelberg. Canon. Spiren.

Anno 1254. Dnus *Heinricus de Liningen* electus Spiren. cui prouiderat Dnus Papa *Innocencius* IV. per Prouinciam Mogunt. in Episcopatu quem duceret acceptare. vacante sede Herbipolen. Ecclesie per mortem Dni *Hermanni* & Dno Iringo eidem per formam arbitrii substituto, & ab Archiepiscopo *Gerhardo* Moguntino in eadem sede confirmato vocatus a Decano Prelatis & Clero uniuerso, Consulibus & plebe Ciuitatis Herbipolen. circa Pentecosten venit Herbipolim & occupavit sedem ipsam, expugnando viriliter & potenter municiones & castra ipsius Ecclesie expulso ab sede Dno *Iringo* tamdiu occupauit ipsum Episcopatum, quousque Concertacio inter eos sopita fuit, per quondam Cardinalem Apostolicum *Araginam* sub Papa *Alexandro*, ita quod Dnus *Iringus* obtinuit Episcopatum & Dno electo Spiren. refuse sunt pro expen-

ſis tria millia marcarum. eodem eciam Anno Dnus electus Spiren. iuit *Romam* circa feſtum *Bartholomei* pro eodem Negocio. vid. Codex min. fol. 38b.

XXXVII.

INSTITUTIO DUARUM VICARIARUM SUB INVOCATIONE SS. CYRIACI ET MARIÆ MAGDALENÆ.

In Nomine Domini. Amen.

Nos *Eberhardus de Randecke* Decanus totumque Capitulum Eccleſie Spirenſis recognoſcimus & ad Uniuerſorum Noticiam ad perpetuam rei memoriam volumus peruenire, quod cum bone memorie Magiſter *Rudolfus* dictus *Retzeln* de *Queichheim* Sexprebendarius (a) Eccleſie noſtre in Teſtamento ſuo & ultima ſua voluntate, in qua de hoc ſeculo emigrauit inter alia per eum teſtata & ordinata duo perpetua Beneficia Eccleſiaſtica ſeu duas Vicarias perpetuas in Eccleſia noſtra Spiren. ob honorem Dei & glorioſiſſime Virginis *Marie* Matris eius, ac in remedium anime ſue inſtitui voluerit, & mandauerit iuxta modum & formam ſubnotatos . . Diſcreti viri *Johannes de Hirſsfelden*,

(a) Vel perperam hic audit Sexpræbendarius, vel paulo ante vitæ exitum ad Sexpræbendam promotus; occurrit enim alias ut Semipræbendarius. leg. Reg. Chori quum antiquæ quum novæ, aſt hoc fundationi nec quid addit, nec quid demit.

den, *Johannes* dictus *Krone* prebendarii Ecclesie nostre *Engelmannus* under den Gademenen & *Conradus de Bruchsella* senior ciuis Spiren. Executores dicti Testamenti seu ultime voluntatis nomine Executorio volentes idem Testamentum per piam ultimam voluntatem exequi cum Effectu predicta duo Beneficia nostris Consensu auctoritate accedentibus & concorditer cum Circumuenientibus taliter instituerunt & ordinauerunt primo videlicet eadem duo Beneficia bonis subscriptis dotando videlicet una curia cum suis Edificiis & pertinentiis in Villa *Queicheim* prope opidum *Landowe* Spiren. Diocesis, nec non ducentis & quadraginta jugeribus agrorum Campestrium & pratorum in terminis Villarum *Queicheim Vtzingen*, & *Dambeim* situatis. (b) Item octo cum dimidio jugeribus Vinearum quarum quatuor in Terminis Ville *Bubenwilre* & quatuor cum dimidio in Terminis Ville *Walsenheim* sita dinoscuntur. Item censibus annuis quadraginta lib. hallen. videlicet cuilibet eorum viginti libris census prout dicta Bona ad dicta duo Beneficia & pro eorum Dotacione deputata in Instrumento super hoc conficiendo plenius exprimentur

(b) Bona isthæc hodiedum sed ab unico tantum binorum beneficiorum sub uno eodemque Ecclesiæ tecto possessore cum contra pii fundatoris mentem; cum contra canones usufructuarie occupantur, a modo laudati fundatoris cognomine vulgo *Rezelsgüter* audiunt & elocata sunt pro 40. modiis silig. 126. mod. speltæ, 31. modiis hordei & 35. mod. arenæ universim itaque pro 232. mod. frumenti. vid. litera Elocationis d. 13. Julii 1770.

tur Beneficiati quoque ſeu Vicarii dictorum Beneficiorum pro tempore exiſtentes eciam preſencias Chori & alias obuenciones Vicariis Eccleſie noſtre legitime recompenſarunt ſicut alii Vicarii Eccleſie noſtre percipient & habebunt ad que quidem Beneficia ſeu Vicarias *Heinricum* natum *Heinrici* dicti *Krone* ciuis Wormacien. & *Johannem* natum predicti *Conradi de Bruchſella* clericos Spiren. per predictum quondam Magiſtrum Rudolffum teſtatorem ad eadem Beneficia nanciscenda nominatos pro Beneficiatis ſeu Vicariis recepimus & admiſimus, ac recipimus & admittimus per preſentes de jure vero eadem Beneficia conferendi taliter noſcitur ordinatum, quod predicti Executores in ſolidum quam diu vixerint vel alter vixerit eorum ad dicta duo Beneficia quociens vacauerint, uel alterum eorum uacauerit perſonas ſeu perſonam ydoneas ſeu ydoneam actu ſacerdotes, vel qui infra annum ad ſacerdotium valeant promoveri obtinenda ſecundum Eccleſie noſtre Conſuetudinem preſentabunt, ſeu preſentabit, qui eciam & eorum ſucceſſores Decano pro tempore debitam Obedienciam facient & conſuetam, nosque & noſtri ſucceſſores huiusmodi perſonas ſeu perſonam ad dicta Beneficia ſeu Beneficium taliter preſentatos recipiemus & liberaliter admittemus quando & quociens fuerit oportunum predictis vero Executoribus omnibus de hoc medio ſublatis ex tunc Collaciones ipſarum prebendarum videlicet prime vacantis ad Decanum Eccleſie noſtre & eius ſucceſſores Decanos, & alterius ſubſequenter vacantis ad duos Seniores

niores Canonicos Ecclesie nostre juxta prebendarum suarum introitum actu sacerdotibus, vel qui infra annum ad sacerdocium promoueri valeant conferendas perpetuo pertinebunt ita videlicet, ut eedem prebende infra mensem a Die Vacacionis ipsarum computandum secundum modum prescriptum conferantur. Ceterum si dicti Executores vel aliquis ex eis ac Decanus Ecclesie nostre, nec non Seniores Canonici infra eundem Mensem & actu sacerdoti, vel qui infra annum ad sacerdocium promouerivaleant ipsas prebendas vel alteram ex eis non contulerint ex tunc si Executores uel alter ex eis aut Decanus pro tempore, id facere neglexerint, Capitulum nostrum ea vice conferendi secundum prescriptum modum habebit potestatem, si vero Seniores Canonici in conferendo modum & tempus excederent prenarratos, dúo Seniores post eos & sic deinceps ea vice conferent infra tempus & iuxta modum prelibatos insuper quilibet dictorum Beneficiatorum seu Vicariorum singulis septimanis tres missas, predictus videlicet *Heinricus Heinrici* in Altari Beate *Marie Magdalene* (c) in choro S. Johannis & dictus Johannes Conradi in Altari S. *Ciriaci* (d) in choro Ecclesie sancti *Steffani* (*) in Ecclesia nostra constitutis circa pulsum prime celebrarunt, & hoc idem in successoribus eorundem Beneficiatorum taliter per-

 petuo

(c) In Cavea septentrionem versus ubi nunc sedes pro Confessario extraordinario posita est.

(d) Hodie Altare s. Joannis Nepomuceni.

(*) Nostris temporibus unica tantum missa hebdomadatim legitur.

petuo volumus obſeruari, in quorum omnium & ſingulorum euidens Teſtimonium Nos Decanus & Capitulum predicti ſigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. datum anno Dni Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono in octaua feſti *Corporis Chriſti.* 7. Junii.

XXXVIII.

BULLA SIXTI IV. PP. SUPER LIBERA ELECTIONE PRÆPOSITORUM SPIRENS.

Sixtus Epūs ſeruus ſeruorum Deī ad perpetuam rei memoriam Romanorum Pontifex ad ea ex debito apoſtolatus officii quo Eccleſiarum omnium cura ſibi diuinitus commiſſa eſt, libenter intendit, per que earundem Eccleſiarum preſertim inſignium cathedralium ac collegiatarum ſtatus ſalubriter dirigatur, & ad illarum dignitates tales aſſumantur perſone, per quas ipſarum Eccleſiarum bona & Jura conſeruentur illeſa ſane pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſie Spiren. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ad ſanctorum *Germani* & *Mauritii* ac ſancti *Wydonis* & ſancte *Trinitatis* Spiren. Eccleſiarum prepoſituras in predictis collegiatis dignitates principales & maiori Spiren. Eccleſiis non tamen poſt pontificalem maioritatem obtinentes Archidiaconatus nuncupatas, quarum ratione illas pro tempore obtinentes, in Dominiis Ducum, Principum, Comitum, Marchionum

num aliorumque nobilium Spiren. Diocesis jurisdictionem Ecclesiasticam obtinere dinoscuntur, dum pro tempore vacabant, consueuerint assumi, ut plurimum Canonici dicte maioris Ecclesie qui sic assumpti prefatis Ducibus, principibus, Comitibus, Marchionibus aliisque nobilibus noti & nonnunquam consanguinitate & affinitate coniuncti eorundem nobilium suffulcti presidiis Ecclesias & jurisdictionem huiusmodi tueri & defensare eorumque Bona & jura conseruare soliti fuerant. postmodum uero a nonnullis temporibus citra pretextu concordatorum nationis germanice cum sede apostolica nonnulle persone etiam alienigene & minus docte ac scientia & moribus non probate Capitulis & personis dictarum collegiatarum Ecclesiarum preesse & jurisdictionem predictam tueri nescientes, & non valentes prepposituras predictas tanquam dicte sedis dispositioni generaliter reseruatas ab eadem sede impetrarunt, quarum incuria, negligentia seu impotentia prepositure predicte quo ad jurisdictionem eandem varia in spiritualibus at temporalibus passe fuerunt hactenus & indies patiuntur detrimenta, quodque si eydem Capitulo concederetur, quod occurrente earundem prepositurarum extra romanam curiam Vacationem simul uel successive ad quamlibet ex eis sic pro tempore Vacantibus Canonicum Capitularem dicte maioris Ecclesie eligere possent, qui sic electus extunc infra quadrimestre sue Electionis huiusmodi confirmationem seu de prepositura ad quam electus foret prouisionem aut prouidendi mandatum ab eadem sede obtinere,

&

& Literas desuper ex toto etiam in Camera apostolica expedire teneretur, profecto exinde prosperis successibus prepositurarum predictarum oportune consuleretur cum earum releuatione ab huiusmodi detrimentis & restitutione sub solito regimine Canonicorum predictorum, quare pro parte capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut quod de cetero perpetuis futuris temporibus ipsi ad singulas preposituras predictas quotiens illas uel illarum aliquam pro tempore simul uel successiue extra dictam curiam uacare contigerit, unum ex ipsius maioris Ecclesie capitularibus canonicis eligere possint, & debeant ipsique pro tempore electi sue Electionis huiusmodi Confirmationem seu prepositure ad quam electus foret prouisionem aut prouidendi mandatum impetrare literasque desuper expedire teneatur, ut prefertur statuere & ordinare, ac alias earundem Ecclesiarum statui in premissis importune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui singularum orbis Ecclesiarum honorem & venustatem adaugeri indefessis semper desideramus affectibus huiusmodi supplicationis inclinati hac perpetua & irrefragabili constitutione apostolica auctoritate, & ex nostra certa scientia statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus ad singulas prepositturas predictas dum illas quouis modo deinceps vacare contigerit, etiam si Dispositioni apostolice ex personis illas obtinentium, aut alias ex quauis causa postquam illarum vacationis apud sedem eandem generaliter reseruate seu etiam affecte fuerint,

&

& ad illas cessantibus reseruationibus apostolicis consueuerint, qui per ipsarum Ecclesiarum collegiatarum capitulorum electionem assumi eisque cura immineat animarum, capitulum prefati unum ex ipsius capituli Canonicis capitularibus eligere possint & debeant, ipseque sic pro tempore electus confirmationem Electionis de se facte huiusmodi seu preposituream ad quam electus fuerit prouisionem uel prouidendi mandatum de eadem infra quatuor menses a Die ipsius electionis computandos a sede predicta impetrare ac Literas apostolicas desuper totaliter in forma etiam quoad cameram apostolicam predictam expedire omnino teneatur, alioquin Electio ipsa eo ipso elapso quadrimestri predicto euanescat, possitque & debeat prepositura ipsa per eandem sedem libere conferri & de illa prouideri, quodque prepositure predicte deinceps sub quibusuis gratiis expectatiuis specialibus vel generalibus reseruationibus aut nominandi seu conferendi mandatis, primariis precibus vel aliis facultatibus per nos vel sedem predictam etiam motu proprio & ex simili scientia quibuscunque personis cuiuscunque etiam dignitatis, nobilitatis, status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie fuerint sub quouis verborum forma & expressione ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis & aliis validissimis clausulis, irritantibusque Decretis, etiam consideratione intuitu, & in fauorem quorumcunque legum, reginarum Ducum, Comitum, aliorumque Principum siue prelatorum Ecclesiasticorum concessis hactenus & imposterum

rum

rum concedendis ac factis & faciendis, quorum omnium Vim, Vigorem & Effectum harum ſerie ſuſpendimus, nullatenus comprehendantur & illarum pretextu per easdem aut quascunque alias perſonas acceptari, ac perſone ipſe ſibi de illis prouidere facere non poſſint decernentes auctoritate & ſcientia ſimilibus acceptationes & prouiſiones de ipſis factas non valere & proceſſus deſuper habitos & Excommunicationis aliasque cenſuras & penas in ſe continentes minime arctare, & dictarum Eccleſiarum capitula illis parere non teneri, ac prouiſiones & mandata de prouidendo de eisdem prepoſituris dum ſic pro tempore vacabunt, que a nobis & ſede predicta poſt factum per Capitulum prefatos Electionem huiusmodi etiam nondum confirmatam vel ante etiam cum preſentis conſtitutionis expreſſa derogatione emanarent, ac omnia & ſingula que ſecus ſuper hiis a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari irrita & inania nulliusque exiſtere roboris vel momenti & nihilominus Venerabili fratri Epõ Wormatien. & dilectis filiis Decano Eccleſie Sancti Spiritus Heydelbergen. Wormatien. Dioceſis ac officiali Spiren. per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios premiſſa vbi quando & quotiens expedire cognouerint, ſollenniter publicantes, & eisdem capitulo ſuper hys efficacis defenſionis auxilio & honore aſſiſtentes faciant eos huiusmodi ſtatuti, ordinationis & Decreti pacifica poſſeſſione gaudere non permittentes eos contra preſentium tenorem

ad

ad recipiendum quenquam in prepositum alicuius dictarum collegiatarum Ecclesiarum compelli contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo non obstantibus premissis ac quibuscunque specialibus vel generalibus reseruationibus per nos & sedem predictam de dignitatibus principalibus aut alias factis per quas inposterum quandocunque fieri contingeret quas ad dictas prepositturas uolumus non extendi, nec non aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac Ecclesiarum predictarum iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel diuisim a sede predicta indultum existat quidem interdici suspendi & Excommunicari non possint per Literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de Verbo ad Verbum de indulto huiusmodi mentionem nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti ordinationis suspensionis Decreti mandati & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo. Decimo Kal. aprilis Pontificatus nostri anno octauo.

16. Martii.

XXXIX.

XXXIX.

BULLA SIXTI IV. PP. SUPER LIBERA ELECTIONE PRÆPOSITI MAJORIS ECCLESIÆ SPIRENSIS.

Sixtus Epūs seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam creditam nobis militantis Ecclesie prouidentiam exequi coadiuuante Domino cupientes ad ea libenter intendimus ut tenemur, per que singule orbis Ecclesie presertim Cathedrales insignes personarum vtilium fulcite presidiis ad altissimi laudem & gloriam congruis honoribus & venustatis proficiant incrementis earumque & in eis institutarum Dignitatum bona & Jura a quorumcunque occupatione conseruari possint illesa, sane accepimus quod Prepositura Ecclesie Spiren. que inibi dignitas maior post Pontificalem existit, ac magnam & latam tam in ciuitate quam Diocesi Spiren. habet Jurisdictionem ex qua quasi pro maiori parte reditus ipsius Prepositure proueniunt Vigore tam specialium quam generalium reseruationum quam Literarum apostolicarum per sepe confertur personis que Prepositure predicte jurisdictionem exercere ac jura tueri bonaque occupata diuersorum nobilium & Dominorum temporalium qui contra Ecclesiasticam libertatem valde procliues sunt & illam indies opprimere machinantur limitibus circumsepta recuperare nesciunt aut nequeunt seu nolunt vel non audent in non modicum Ecclesie & prepositure predictarum Detrimentum nos ad plenum informati quod dicta Prepositura a paucis tempori-

poribus citra tam in spiritualibus quam temporalibus magnum detrimentum atque Grauamen passa est ac cupientes ut de prepositura predicta quociens illam deinceps vacare contigerit, persone ydonee que illius jura & Jurisdictionem tueri & defendere ac conseruare velit, sciat & valeat prouideatur. Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed ex nostra mera prouidentia & ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium hac perpetuo valitura & irrefragabili constitutione statuimus & ordinamus, quod moderno ipsius Ecclesie Preposito cedente vel decedente, aut alias eandem Prepositurem quomodolibet dimmittente ipsaque Prepositura quouis modo preterquam ex vacatione per obitum apud sedem apostolicam & ex cuiuscunque Persona perpetuis futuris temporibus ut premittitur vacante pro tempore ad Prepositurem huiusmodi etiam si alias quam ratione maioritatis ex persona illam obtinentis Dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reseruata existat unus ex Capitularibus Canonicis dicte Ecclesie per dilectos filios illius capitulum eligatur, ipsaque Prepositura alteri quam sic electo quauis auctoritate conferri non possit nec debeat decernentes ex nunc omnes & singulas collationes & prouisiones deinceps faciendas de prepositura antedicta etiam actu vacante & acceptationes aliasque prouisiones, uniones, annexiones & incorporationes ac alias dispositiones, Processus, sententias & censuras desuper nec non totum id & quicquid secus super hiis a quoquam quauis aucto-

ritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari irrita & inania nulliusque roboris vel momenti eſſe, ipſamque Prepoſituram ſub predictis & quibusuis aliis generalibus vel ſpecialibus reſeruationibus ac gratiis etiam expectatiuis, unionibus & incorporationibus ac aliis quibusuis legatis dicte ſedis & aliis perſonis conceſſis & concedendis facultatibus non comprehendi non obſtantibus premiſſis ac generalibus vel ſpecialibus reſeruationibus dicte Prepoſiture factis vel faciendis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis per nos vel ſedem predictam editis vel edendis de quibus forſan ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret & quas pro expreſſis ac in quantum preſentibus ſeu earum effectui preiudicent pro infectis haberi volumus eisque derogamus, nec non dicte Eccleſie juramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Dignitatibus ipſius Eccleſie ſpeciales vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dicte ſedis vel legatorum eius Literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem & Decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus eundem eligendum capitularem Canonicum in Prepoſitura huiusmodi asſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem Dignitatum aut Beneficiorum aliorum preiudicium generari, ſeu ſi venerabili fratri noſtro Epō Spiren. & prefatis Capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuiſim a dicta

ſit

ſit ſede indultum quod ad receptionem vel prouiſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint quodque de dignitatibus ipſius Eccleſie vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, prouiſionem, preſentationem Electionem ſeu quamuis aliam Diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat prouideri per Literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de Verbo ad Verbum de indulto huiusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali nec non gratiis expectatiuis nominationibus nominandi facultatibus ac ſpecialibus & generalibus reſeruationibus antelationum prerogatiuis Declarationibus priuilegiis & indultis quibusuis perſonis cuiuscunque ſtatus gradus, ordinis, conditionis ſeu preeminentie fuerint etiam ſi Cardinalatus honore aut Patriarchali Archiepiſcopali Epiſcopali vel alia quauis Eccleſiaſtica ſeu mundana prefulgeant Dignitate ac nobilitate & auctoritate ac unionibus, annexionibus & incorporationibus quarumcunque Dignitatum inuicem ſeu aliis Beneficiis Eccleſiaſticis quibuscunque Eccleſiis ſimilibus motu & ſcientia vel ſub quauis alia forma vel expreſſione Verborum & cum Decretis irritantibus ac derogatoriis forcioribus & prohibitoriis clauſulis conceſſis & concedendis ac factis ſi que ſint & faciendis quorumcunque tenorum exiſtant quibus omnibus quo ad dictam Prepoſituram duntaxat motu tenore & ſcientia ſimilibus derogamus. Volumus autem quod eligendus ad Prepoſi-

posituram huiusmodi quociens illam vacare contigerit infra quatuor menses a die Electionis computandos huiusmodi confirmationem a nobis vel sede predicta obtinere, ac Literas apostolicas desuper expediri facere, nec non fructus camere apostolice propterea debitos soluere teneatur; alioquin Electio de persona sua facta & quecunque inde secuta nullius sint roboris vel momenti, & nichilominus Venerabili fratri nostro Epo Wormatien. & dilectis filiis Decano Ecclesie sancti Spiritus Heydelbergen. Wormatien. Diocesis ac officiali Spiren. per apostolica scripta motu simili mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios premissa omnia & singula vbi quando & quociens expedire viderint solenniter publicantes ac eligende pro tempore persone huiusmodi in premissis omnibus & singulis efficacis defensionis presidio assistentes non permittant eligendam personam ac capitulum predictos contra presentium tenorem in totum vel in partem quoquomodo per quoscunque molestari perturbari, seu etiam impediri contradictores quoslibet & rebelles per censuram Ecclesiasticam & alia juris remedia appellatione postposita compescendo inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio Brachii secularis non obstantibus omnibus supradictis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim a sede predicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per Literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de Verbo

ad

ad verbum de indulto huiusmodi mentionem nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis constitutionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Rome* apud Sanctum *Paulum* extra muros urbis Anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo primo. pridie Kalend. Julii Pontificatus nostri Anno decimo.

30. Jun.

XL.

BULLA SIXTI IV. PP. SUPER LIBERA ELCTIONE DECANI ET SCHOLASTICI MAJORIS ECCLESIÆ SPIREN.

S*ixtus* Epūs seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dispositione diuina uniuersis orbis Ecclesiis meritis licet insufficentibus presidentes votis gerimus & tenemur, quod per nostre Operationis Ministerium Ecclesiarum presertim insignium Cathedralium status de bono in melius dirigatur, ac ad Dignitates & officia inibi persone, prout ipsorum qualitas exigit, sine alicuius impedimenti obstaculo assumantur ydonee, per quarum solicitudinem & prouidentiam circum spectam, Ecclesie ipse in suis iuribus non solum conseruentur, verum etiam prosperitatis uotiue successibus

gratulentur, ſane pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſie Spiren. nobis nuper exhibita peticio continebat, quod Decanus ipſius Eccleſie pro tempore exiſtens eidem Capitulo preeſſe ac celebrationem Capituli indicere, & negotia dicte Eccleſie ad eum deducta in eodem Capitulo proponere, aliaque Capitularia gerere & tractare. Scolaſticus vero eiusdem Eccleſie ſingula illius ac Capituli predictorum ſecreta annotare, & pro tempore in eodem Capitulo concluſa referre, & ſuper hoc nomine Capituli literas ſcribere, ac ob id ex ſtatutis ipſius Eccleſie iuratis tam Decanus quam ſcolaſticus prefati perſonaliter apud eandem Eccleſiam reſidere debeant & teneantur, & ſi Vigore literarum Apoſtolicarum ſuper gratiis expectatis pro tempore conceſſarum aliqui ad Decanatum & Scholaſtriam predictos reciperentur, qui ut ſepius accidere conſueuit indultum haberent de non reſidendo apud eandem Eccleſiam cum difficultate aliquis reperiretur ydoneus, qui onera ipſorum Decani & Scolaſtici ſine Emolumentis libenter aſſumeret, quo fieret ut crimina ſubditorum ipſius Decani remanerent impunita, & ipſa Eccleſia in ſpiritualibus & temporalibus maximum ſuſciperet detrimentum. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat ipſi Eccleſie ac eius ſtatui plurimum expediat quod ad ipſius Eccleſie Decanatum, qui dignitas non tamen poſt Pontificalem maior & ſcolaſtriam huiusmodi que officium inibi exiſtunt, & ad quos conſueuerunt quidem per Electionem aſſumi cuique Decanatui cura imminet animarum

viri

viri probati qui statum ipsius Ecclesie sciant & ament per Electionem potius quam aliam viam assumantur pro parte ipsorum Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis ac dicte Ecclesie statui in premissis oportune prouidere de Benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui bonum Regimen & statum ac honorem cunctarum desideramus Ecclesiarum huiusmodi supplicationibus inclinati volumus & prefatis Capitulo Apostolica auctoritate & ex certa scientia presentium tenore concedimus, ut quotienscunque de cetero Decanatum cuius quindecim, ac scolastriam huiusmodi cuius Decem Marcharum Argenti fructus reditus & prouentus secundum communem exististimationem valorem annuum non excedunt in mensibus Apostolicis, vel alias ex persona, cuius forsan ratione ex quauis causa Dispositioni Apostolice generaliter reseruati censerentur vacare contigerit, ipsi Capitulum personas vtiles & ydoneas, etiam quecunque, quotcunque, & qualiacunque Beneficia Ecclesiastica obtinentes & expectantes respective in eorum ac dicte Ecclesie Decanum & Scolasticum eligere valeant, & nichilominus perpetue ac irrefragabiliter Constitutionis Edicto statuimus & ordinamus, quod nullus nisi taliter electus fuerit, ut prefertur etiam per quascunque gratias expectatiuas preces siue Nominationes imperiales seu alias literas apostolice sedis vel legatorum eius quorumuis tenorum fuerint & quasuis derogatoriarum derogatorias clausulas in se contineant, ac desuper habitos processus in Deca-

num vel Scolasticum per ipsos Capitulum recipi vel admitti possit seu debeat. nec ipsi Capitulum ad id compelli valeant inuiti decernentes ex nunc omnes & singulos Processus, nec non in eis pro tempore contentas excommunicationum, suspensionum & interdicti sententias aliasque Ecclesiasticas censuras & penas quas haberi vel promulgari, vel non totum id, & quicquid contra huiusmodi indulti, statuti & ordinationis tenorem scienter vel ignoranter directe seu indirecte quouis quesito colore & quauis auctoritate fieri vel attemptari contigerit, nullius existere roboris vel momenti. Volumus autem quod occurrente dictorum Decanatus seu scolastrie Vacatione in aliquo ex mensibus predictis, vel ex persona cuius ratione Decanatus ipse aut scolastria huiusmodi Dispositioni Apostolice quomodolibet censerentur reseruati teneantur & debeant per Capitulum sic tunc ut prefertur, electi infra quatuor menses a Die Possessionis pacifice Electionis sue Confirmationem, vel super illa novam prouisionem a nobis aut sede predicta obtinere, ac literas desuper Apostolicas expediri facere, nec non annatam Camere Apostolice forsan exinde debitam soluere, alioquin presentes litere eis in nullo suffragentur non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis etiam per nos vel sedem predictam pro tempore editis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Concessionis, Statuti, Ordinationis Constitutionis vel Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario con-

tra-

traire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Rome* apud Sanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo quinto Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno septimo.

27. Nov.

XLI.

CONFIRMACIO DOTACIONIS ET INSTITUCIONIS CAPELLANIE SUMMI ALTARIS IN ECCLESIA PARROCHIALI S. PETRI SPIRENSIS.

G*erhardus de Katzenelnbogen* prepositus Ecclesie Spirensis cum ea que in tempore fiunt cum tempore nomen perdunt nisi redivivo litterarum testimonio perhenentur ea propter noverint presentium inspectores universi quod vir discretus *Conradus* dictus *Bock* civis dum vixit Spirensis & *Hiltegundis* uxor sua legitima præ oculis habentes & ad interiora cordis revolventes ac piis consiliis cogitantes quod nihil Deo laudabilius & divini nominis glorie congruentius ipsorum & suorum progenitorum nec non Christi fidelium animabus reperitur quam crebra missarum & officiorum celebratio divinorum, volentes igitur Thesaurum in celesti patria cumulare divina gratia salubriter

illustrata de propriis rerum bonis ipsis a Deo collatis unam prebendam sacerdotalem de consensu voluntate nec non expressa promissione honorabilis viri Domini *Conradi* dicti *Schalloff* Decani Ecclesie sancti *Germani* extra muros Spirenses in ecclesia parrochiali sancti *Petri* Spirensis supra summo altari in dicta Ecclesia sito ordinaverunt instituerunt nec non ipsam præbendam pensione quinquaginta florenorum auri annui census dotaverunt quam pensionem dant opidani opidi *Eppingen* de ceteris bonis prout in litera desuper confecta plenius vidimus contineri voluerunt etiam & ordinaverunt instituentes supradicti quod beneficiatus dicti beneficii pro tempore existens alternatis diebus ante summam missam in dicta Ecclesia & super altari predicto celebret seu celebrare procuret nisi impedimento legitimo detineatur, alias sine omni impedimento prejudicio & molestatione plebani ibidem qui pro tempore fuerit & ecclesie antedicte dirigat & se regat & plebanum eundem qui pro tempore fuerit in divinis legendo & cantando juvet & assistet, nec non ipsum plebanum & ecclesiam predictam in legendis & aliis remediis promoveat sine dolo & fraude modo quo meliori, collatio vero beneficii supradicti cujuscunque aut / quotienscunque ipsum vacare contigerit, ad proximiorem & antiquiorem prefati quondam *Conradi Bock* heredem perpetuis temporibus pertinere debebit qui ipsum beneficium infra spatium unius mensis actu sacerdoti vel illi qui ad sacerdotium infra annum poterit promoveri conferri debebunt ipsumque

que nobis aut noſtris in prepoſitura ſucceſſoribus pro inveſtitura recipienda preſentare qualibet ſine fraude, quibus ut ſic rite peractis nobis nomine & pro parte predictorum inſtituentium fuit humiliter ſupplicatum ut inſtitutionem ordinationem deputationem ac dotationem beneficii ſupradicti laudare approbare & confirmare dignaremur Nos qui deſideranter in votis gerimus ut divinus cultus noſtris augeatur temporibus ſuper hijs diligenti prehabita deliberatione & quia invenimus dictam prebendam rite & legitime inſtitutam dotatam & fundatam. Idcirco dicte eorum ſupplicationi favorabiliter annuentes ipſam prebendam in omnem modum & formam ut prefertur in Dei nomine laudamus approbamus & confirmamus publice per hec ſcripta nec non virum diſcretum Johannem dictum Nettinger presbiterum ad dictam prebendam pro vero & perpetuo prebendario Inſtituimus inveſtimus, Quare vobis capellano & Archipresbitero civitatis Spirenſis mandamus quatinus prefatum Johannem per nos ut premittitur inveſtitum pro parte ibidem pro vero primiſſario dicte prebende preſentetis & in poſſeſſionem ejusdem auctoritate noſtra mittatis & ducatis corporalem facientes ſibi de univerſis & ſingulis fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus ad dictam prebendam ſpectantibus integre reſponderi & ab aliis in confratrem recipi & admitti, adhibitis circa premiſſa ſolempnitatibus debitis adhibendis. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens teſtimonium ſigillum noſtre prepoſiture magnum

gnum presentibus duximus appendendum Datum & actum anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo feria tertia post dominicam qua in Ecclesia Dei cantatur *Vocem Jucunditatis.*

21. Maij.

XLII.

RENOVACIO CAPPELLANIE B. VIRGINIS IN ECCLESIA SANCTI MAURICII SPIRENSIS.

Universis & singulis presentes litteras visuris lecturis pariter & audituris cujuscunque status gradus aut conditionis fuerint, Officialis curie Prepositure Ecclesie Spirensis eternam in Domino salutem cum noticia subscriptorum indubitata. Quoniam, ut vulgo fertur, temporum mutationibus res & earum eventus variantur, cum & in eisdem convenit veterum gesta, ea precipue que in divini nominis & sui cultus honorem & incrementum tendere noscuntur, ne ob humane memorie labilitatem temporum decursibus ab humana prolabantur noticia fideli munimine sepius roborare, exhibita siquidem nobis nuper venerabilis circumspecti & honorabilium virorum Dominorum *Ottonis de Bach* Prepositi Collegiatæ sanctorum *Germani* & *Mauricij Johannis Gysler* plebani & *Anthonij Beyer* capellani & moderni possessoris altaris beate *Marie* Virginis Parochialis sancti *Mauricij* Eccles. Spirens.

ex-

expoſcio continebat, quod licet dudum beneficium eccleſiaſticum capellanie & altaris predictorum a quondam honeſta matrona *Katharina Hergshennerin* muliere dum viveret civitatis Spirenſis ex & de bonis eisdem cum in & ſub clauſulis punctis honoribus oneribus modoque & forma in litteris deſuper confectis erectum dotatum & inſtitutum exiſtat ordinaria confirmatione ſubſecuta, bona tamen cenſus redditus proventus jura & res ejusdem beneficij temporum lapſu eventibus difformiter deperierint diminuti & annichilati ſint adeo & in tantum, quod inde cappellanus ſeu beneficiatus altaris ejusdem pro tempore exiſtens ipſius beneficij onera juxta inſtitutionem & confirmationem predictas congrue ſufferre & explere nequierit prout nec inpreſentiarum valeat, hujus dehinc comperta & deſiderata veritate & ex alijs rationabilibus & evidentibus cauſis tunc deductis, alius dicti beneficij juxta reddituum proventuum & emolumentorum ejusdem beneficij rerumque & temporis valorem & qualitatem ordinarie etiam approbationis auctoritate ſubſecutus ſit ordinationis modus, prout in alijs ſuper hoc etiam confectis litteris contineri accepimus, ex eo autem quod hujusmodi poſterioris ordinationis & confirmationis littere beneficij hujusmodi preteritis temporibus aut doloſe ſuppreſſe aut negligencia deperdite, nonnulle ymo multiplices in dicti beneficij regimine negligencie facte ſint, committantur indies, & niſi opportune deſuper conſulatur, ibidem in antea magis fieri vereatur, ne forte ergo exinde divi-

num

num cultum quo ad dictum beneficium ac in eodem magis diminui aut prorsus annichilari piamque instituentis voluntatem fraudari aut frustrari contingat, ijdemque Domini exponentes ad ordinarium nostrum recurrentes implorantesque officium primitus singulis censibus redditibus rebus & bonis ejusdem beneficij nunc existentibus & extantibus modo & forma inferius specificatis in scriptis coram nobis exhibitis & designatis in & super premissis opportune provideri & subveniri ac dictam posteriorem ordinationem beneficij prespecificati renovari ordinariaque nostra auctoritate approbari & confirmari ea qua decuit instancia a nobis postularunt sic & taliter, quod ex nunc & in antea hujusmodi beneficio Cappellania nuncupato per cessum decessum aut alias qualitercunque & quotienscunque vacante collatio seu jus presentandi ejusdem beneficij ad Prepositum Ecclesie sanctorum Germani & Mauricij Spirensis pro tempore existentem pleno jure spectare & pertinere, qui quidem patronus sive Collator infra tempus debitum a jure statutum Preposito Ecclesie Cathedralis Spirensis pro tempore seu illius officiali personam habilem & ydoneam actu sacerdotem aut que infra annum a tempore presentationis sibi facte in sacerdotem de jure promoveri valeat ad idem beneficium instituendum & investiendum presentare teneatur, si vero & quandocunque dictus patronus sive collator presentationem hujusmodi plus tempore prespecificato aliquatenus differret, tociens ac omni tali nulla vero alia vice collacio & jus

pre-

presentandi una cum investitura dicti beneficij ad Prepositum Ecclesie Spirensis devolvatur & pertineat. Quivis quoque capellanus seu beneficiatus dicti altaris idem beneficium ac illius census redditus proventus jura & bona presencia & futura quecunque in spiritualibus & temporalibus in debitis esse regimine & melioratione tenere & conservare deperdita diruta & collapsa recuperando & restaurando pro posse & nosse, Idemque beneficium ac ipsius census redditus proventus, emolumenta jura & bona non nisi collatoris & superiorum licentia & auctoritate expresse interveniente permutare dimittere cedere aut alias alienare ac idem beneficium sine prejudicio plebani ecclesie ejusdem regere & deservire, singulisque ebdomadis tres missas unam videlicet tercia, aliam quinta & terciam sexta ferijs consueta hora in altari predicto celebrare ac in cunctis celebrandis missis supradicte quondam *Katharine Hegsheimerin* sepedicti beneficij primarie instituentis parentum liberorum Germanorum predecessorum ac successorum ipsius & omnium quorum eandem possedit hereditatem cunctorumque bonorum amicorum ejusdem pro remedio animarum eorumdem specialem memoriam habere, quarum missarum si dicti altaris beneficiatus aliquis unam vel plures Canonico non obsistente impedimento neglexerit ac proximiori sequenti septimana non compleverit pro qualibet hujusmodi missa seu missis neglecta seu neglectis quotienscunque hoc evenerit, quilibet beneficiatus seu capellanus dicti altaris pro tempore existens

ſtens pene duorum alborum ipſo facto ſubeſſe illamque ex & de cenſibus redditibus proventibus emolumentis juribus & bonis ejusdem beneficij realiter & cum effectu ſolvere dare tradere & expedire, quorum alborum unus in augmentum & utilitatem dicti beneficij, alius vero pro miſſa neglecta complenda cedere applicari & converti debeat efficaciterque teneatur obnoxius & aſtrictus exiſtat omnibus contradictionibus ſubſidijs exceptionibus & impedimentis ceſſantibus. Nos igitur Officialis ſupradictus attendentes, quod juſtis petencium deſiderijs facilem decet preſtare aſſenſum quodque in hijs que divinum reſpiciunt honorem & cultum cura & animadverſione procipuis & aſſiduis ſuper intendere congruit, primitus tam de primeva inſtitutione & confirmatione prelibati beneficij quam etiam poſteriori ſubſecuta immutacione ordinatione ut preſcribitur deperdita nec non de modernis cenſibus proventibus & emolumentis antedicti beneficij ac alijs prenarratis inquiſitione & examinatione teſtium fide dignorum & alias verbo & in ſcriptis informatione noticia & ſcientia nec non conſilio & deliberatione matura prehabitis ex & in quibus nobis ut prefertur expoſita veritate fulciri ſufficienter comperimus dictorum Dominorum exponencium pijs ſupplicationibus favorabiliter annuentes illasque ratas & gratas habentes idcirco auctoritate ordinaria nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte prementionati beneficij renovationem ordinationem cum in & ſub omnibus & ſingulis clauſulis punctis capitulis ſupra deſcriptis

tis

ptis laudandam admittendam approbandam & confirmandam duximus prout renovamus laudamus admittimus approbamus confirmamus ac hujus scripti patrocinio perpetue firmitatis robore communimus, talibusque modo & forma & ordine ut prescriptum est districte & inviolabiliter perpetuo volumus & mandamus in Dei nomine per presentes, specificatio vero reddituum proventuum & bonorum ad dictum beneficium ut premittitur spectancium alamani ydeomatis sermone in modum sequuntur subnotatum. Item Vier pfund heller von dem hufe zum engel uff dem Obsmarck gefallen halb *Johannis Baptiste* und halb *Johannis Evangeliste* Item driffig Schilling heller und zwenn Cappen die win Knecht von ier stuben gefallen uff sant *Martins* tag Item driffig schilling heller und zwen Cappen *hanss Kercher* von sinem husse vor dem altporttel gefallen *Martini* Item zwei pfund heller Georg von *Bischoffsheim* zu *Bruchsal* gefallen uff *Martini* Item zwei pfund heller *Michel Koch* zu *Malchs* von sinem huss und Guttern gefallen uff sant *Martins* tag Item zwei pfund zwentig heller Epthart in der Swabs gassen von synem huss gefallen uff sant *Georgien* tag Item ein pfund heller der hutmacher uff der bach von sym husse zum frauenberg gefallen *Georgien.* Item zehen schilling heller *Bartell Rieneck* der duchscherer von sym huss uff der bach zum Gyer genant gefallen *Georgien.* Item zwey pfund heller alle fronfast zehen Schilling heller *Johannes Knobolt* von sym huss in der hertgassen neben der Kanien. Item ein

ein pfund heller alle fronfaſt funff ſchilling *yſenbutt* der ſchnider von ſym huſe. Item funf gulden der *Fetther* von ſym huſſ zu der Gerlenmetzen neben dem Rindtfus gefallen purificationis *Marie.* Item ein gulden *Martin Sifferlin* zu *Zuttern* geſelt nativitatis Marie. Item zwene morgen wingarts zu *Gymeltingen* an dem berg ſynt her *philips Kruſelman* vicarien ſant *German* und *Mauricien* ſtiffts zu *Spier* ſyn leben lang und nit lenger umb ein gulden gelts jerlichs zinſes verluhen und ſo bald derſelbe her *philips* doth abgeet gefallen dieſelben zwene morgen wingarts zu ſtundt widerumb an die obbemelt cappellani Item vier malter Korns zu *Ygelnheim* und *Bobell* geben *Heinrich ruſchen* des beckers erben zu *Ugelnheim* zwei malter und *Contz Metzler* zu *Bobell* die andern zwey malter Item ein huſſ zum Roſenkrantz genant recompenſa autem ad quam domus dicti beneficii annuatim tenetur talis eſt. Item tres libr. hallenſ. feſto ſancti *Georgii* ad eccleſiam ſancte *Trinitatis.* Item decem ſolid. hallenſ. ad eccleſiam majorem quorum quinque ſolidi *Johannis Baptiſte* & alii quinque ſolidi *Johannis Evangeliſte* feſtis cedunt. Item viginti denar. pro contributione ad Eccleſiam ſancti *Georgii* Spirenſis. Ut autem ordinatio renovatio admiſſio approbatio noſtraque confirmatio hujusmodi rate grate firme & inviolabiliter permaneant & conſerventur atque propter temporis diuturnitatem ab hominibus non diſcedant memoria preſentes literas exinde ſcribi & fieri ſigillique cauſarum Domini noſtri prepoſiti appenſione communire. Juſ-

ſimus

ſimus & fecimus Datum & actum duodecima die menſis Decembr. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſio.

XLIII.

CONFIRMACIO DOTACIONIS CAPELLANIE ALTARIS S. JOHANNIS BAPT. IN ECCLESIA S. MAURICII SPIRENSIS.

In Nomine Domini Amen *Udalricus de Helmſtatt* decretorum Doctor prepoſitus Eccleſiæ Spirenſis univerſis chriſti fidelibus ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in Domino ſempiternam. Commiſſi officii ejusque iniuncte nobis cure debito ammoniti non incongrue ſollicitamur ut illic aures pie exaudicionis benigniter inclinemus ubi pro cultura chriſti ejusque glorioſe genitricis virginis Marie ac omnium ſanctorum devotiſſima veneracione inchoanda Deique famulantium numero aliquatinus adaugendo humiliter nobis ſupplicatur cum itaque diſcretus vir *Berhardus* de *Hembspach* divino ut credimus excitatus inſtinctu more & imitatione electorum fidei cultorum cuncti-potentem ſanctiſſimam *Trinitatem* Almi Redemptoris crucem ſalutiferam ejusdemque genitricem virginem *Mariam* matrem glorioſiſſimam ac ſanctos *Johannem Baptiſtam & Evangeliſtam* totamque celeſtem Jerarchiam dignis in euum laudibus ac adoracione extollendo a ſe primum & ex poſt

per unum de ſui germinis ſtipite ſucceſſive procreatum maſculum clericali militie aſcribendum ac Deo Omnipotenti in gratum perpetuo offerendum holocauſtum & coli ac ſine intermiſſione honorifice ſemper venerari procurare intendat ac per hoc ſicut devota eius expoſitione accepimus ſue prepoſiture patris matris fratrum ſororis Beatricis uxoris *Joannis* & *Sebaſtiani* Decretorum Doctorum, *Gerhardi* presbiteri *Bernhardi Jacobi Nicolai* & *Georii* filiorum *Elizabet* & *Otilie* filiarum cunctorumque parentum & progenitorum ſuorum vivorum & mortuorum remedio & ſaluti animarum ſpecialiter providere proponat ac propterea pro recuperatione erectione & reuocillacione beneficii in altari ſancti *Johannis Baptiſte* in Eccleſia parochiali ſancti *Mauritii* Spirenſis dudum fundati erecti & dotati nunc vero per negligentiam poſſeſſorum & deſidiam penitus & in totum annichilati depreſſi & devaſtati quod eciam de collatione noſtra extitit de ab omnium largitore collatis & competentibus gracioſe ſibi conceſſis beneficiis & facultatibus perpetuum eccleſiaſticum in Eccleſia parochiali ſancti *Mauritii* Spirenſis predicta noſtro præ accedente conſenſu ſuper altari ſancti Johannis predicto de novo erigere atque fundare & eidem ſuppreſſum beneficium unire cum redditibus infra ſcriptis in firmam ſeu annuam penſionem aſſecurate locatis & poſitis quibus quilibet in eodem fundando beneficio pro tempore preficiendus potiri refici & commode ſuſtentari valeat ut taliter ſubminiſtratis vite neceſſariis libere divinorum poſſit con-

contemplationi intendere ſoli Deo vacare & eius laudi cum debita graciarum actione fideliter inſiſtere pro vivis quoque & defunctis devote continuo exorare ac teneatur ſine prejudico plebani qualibet ſeptimana legere duas miſſas unam de Spiritu Sancto cum addicione collectarum de beata Virgine & pro defunctis aliam vero ratione beneficii huic de nouo fundandi uniendi de tempore ad libitum ſuum prout vel devocio inſpirata ipſum excitabit additis ſimiliter collectis predictis demptis ſummis celebritatibus in quibus propria ſervare officia ſit aſtrictus cum collectis predictarum continuatione ſi ſaltem officium non ſonuerit de eisdem, quibus tandem impetrata venia de ſuis omniumque premiſſorum commiſſis hijs elemoſinarum piis elargitionibus ſementatis purificatione bonorum ſubſequentium operum gaudenter junctis metiſſe ſalutem volens & affectans quatenus jus patronatus ejusdem beneficii ſic per eum erecti & fundati atque uniti ut prefertur apud ipſum *Berhardum* tanquam fundatorem quoad vixerit & deinde penes ipſius parentelam & progeniem promiſcui ſexus ejusdem ſeniorem videlicet maſculum quamdiu maſculi ſuperfuerint & ex poſt ſeniorem femellam ſeu ſexum femineum remaneat & ſic ab uno ad alium ſucceſſive deuolvatur quibus omnibus de medio ſublatis jus patronatus ejusdem beneficii ad prepoſitum Eccleſie Spirenſis qui pro tempore fuerit ſine contradictione cujuscunque revertatur, ſupplicans nobis Idcirco idem *Berhardus* humilima qua potint precum inſtantia quatinus

nus hujusmodi pium propositum ratificare ipsumque fundandum ut præfertur beneficium admittere & ipsum dudum fundatum supprimere & ipsi novo fundato annectere & unire atque etiam ordinaria nostra auctoritate confirmare dignaremur. Nos igitur dictum salubre propositum digne commendando prefati *Berbardi* devotis supplicationibus favorabiliter annuendo ejus vota benigniter prosequi cupientes & ex intimis nostris saltem temporibus adeo laudabiliter largifluo hoc stipendio quasi perpetuo duraturo divinum cultum adaugeri licet per erecti & fundati suppressionem & novi fundandi beneficiorum predictorum unionem & incorporationem juri prepositure nostre quoad jus patronatus aliqualiter videatur derogare nihilominus tamen animadvertentes divinum cultum ipsius beneficii fundati & erecti ex eius anichilatione depressione & deuastacione penitus cessasse & fore diminutum, hoc vero casu & presertim hujusmodi per unionem & in corporationem restaurari futurisque temporibus etiam plus augeri posse & crescere de venerabilium & circumspectorum virorum dominorum Decani & capituli Ecclesie Spirensis cum quibus de hac materia ad plenum fecimus conferri consensu & voluntate fundationem erectionem dotationem suppressionem & unionem hujusmodi recepta per nos de omnibus & singulis premissis informatione sufficienti approbandam ratificandam admittendam & confirmandam duximus atque presentis nostri scripti patrocinio ordinariaque nostra auctoritate modis & formis prescriptis approbamus

ad-

admittimus ratificamus & confirmamus. ſpecificatio vero reddituum & penſionum ipſius de novo fundati ut premittitur beneficii de quibus ſupra mentio fit hec eſt primo quinquaginta floreni Renenſes annue penſionis cum mille florenis ſimilibus redimibiles dant iſti de Nyperg ut in litera ſigillata Item quinque florenos renenſes annue penſionis dat *Würtwyn Stümpff de Aſpach* redimibiles cum centum aureis renenſibus ut in litera Item tres florenos cum dimidio annue penſionis cum ſeptuaginta florenis redimibiles dat *Bernhardus Walter* in *Tuwelnheim* ut in litera Item tres florenos renenſes annue penſionis redimibiles cum ſexaginta aureis renenſibus dat *Wilhelmus de Anglach* ut in litera. Item florenum cum dimidio redimibiles cum triginta areis dat *Johannes Wunſt* ut in litera in *Truwelnheim* Item decem & octo ſolidos denariorum perpetui cenſus dat *Johannes Schauwer* in *Wiſſenloch* ut in litera. Item viginti quatuor cappones perpetui cenſus in *Tuwelnheim* ut in litera Item duas amas vini perpetui cenſus in *Obſtringen* juxta tenores cyrographorum & literarum deſuper confectarum, & cum preſentibus ad commune armarium eccleſie parrochialis ad ſanctum *Mauritium* Spirenſis predicti per fundatorem predictum depoſitorum. redditus autem beneficii ſuppreſſi & ipſi novo fundato beneficio incorporati & uniti ſunt tredecim lib. hallenſes uſu alium Spirenſis pagamenti de quibus occaſione quinque lib. lis in Judicio camerarii Spirenſis adhuc pendet indeciſa. Item extant eidem beneficio deſolato ducente & viginti quinque

libre denariorum ſumme capitalis de quibus olim triginta libre hallenſ. uſualium preſcripti pagamenti ſolvebantur juxta tenorem cuiusdam litere deſuper confecte quam quidem ſummam prefatus fundator ſe obtulit & offerendo ſpoſpondit quantum poterit totis viribus & conatibus in ſtatum priſtinum reducere & recuperare quamquam ad illam ſummam recuperandam nonnulli ipſius beneficii ſuppreſſi ultimi temporibus noſtris poſſeſſores graves ſuſtinuerint & fecerint labores ſumptus & expenſas in quo tamen hactenus non profecerunt In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes literas ex inde fieri & noſtri ſigilli cauſarum propter defectum ſeu carentiam ad preſens noſtri majoris fecimus appenſione muniri Datum & actum Anno Domini M°. CCCC°. L ſexto feria ſecunda proxima poſt feſtum ſancti Luce Ewangeliſte.

24. Oct.

XLIV.

CONFIRMATIO STIPENDII IN AGRO DEI IN SUBURBIO ALTSPIER.

Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris preſentes literas inſpecturis viſuris lecturis pariter & audituris *Georgius de Gemmyngen* utriusque juris Doctor prepoſitus Eccleſie Spirenſis ſalutem in Domino ſempiternam ad futuram rei memoriam, decet nos honeſta petentium de-

desideria congruo prosequi favore, & eorum votis illis presertim ad divini nominis cultum & populi Christiani devocionem tendentibus benivolum prebere assensum, sua siquidem in Christo nobis dilecti *Valentinus Lichtenberg* Capellanus Ecclesie parochialis sancti *Georgii Conradus Syess* notarius Consistorialis Curie Episcopalis & *Sebastianus Funckart* causarum Spirensium curiarum eccclesiasticarum procurator juratus testamentarii manufideles seu ultime voluntatis quondam bone memorie *Laurentii Lichtenberg* dictarum curiarum Spirensium dum viveret procuratoris jurati Executores, petitione monstrarunt qualiter alias prefatus quondam *Laurentius Lichtenbergk* volens dum viveret anime sue salutem procurare, ac terrena in celestia transitoriaque in eterna & thesaurum immarcessibilem commutare in & ob omni potentis Dei ejusque gloriosissime virginis Marie ac omnium supernorum civium laudem & honorem nec non ob sui progenitorumque suorum & omnium Christi fidelium animarum salutem in suo testamento codicillo seu ultima voluntate inter alia instituі voluerit commiserit atque ordinaverit unum perpetuum stipendium per sacerdotem secularem pro tempore possidendum & obtinendum ac pertuam missam ebdomodalem pro defunctis celebrandam In Capella in agro Dei in suburbio *Alt Spier* sita pro peregrinorum atque pauperum sepultura noviter cepta, ad quod quidem stipendium sic instituendum Item *Laurentius* testator domum suam paternam quam inhabitavit in profectum & usum dicti stipendii legaverit, sic

 vide-

videlicet ut domus ipsa per suos executores post ipsius mortem cuicumque manus precium offerenti atque solventi venderetur & precium hujusmodi in annuam pensionem prefato *Valentino Lichtenberg* filio suo quem voluerit esse primum possessorem & presentatorem, ac suis in ipso stipendio successoribus annuo cedentem converteretur qui *Valentinus* primus possessor ac singuli sui successores perpetuis futuris temporibus singulis septimanis unam missam ebdomodalem pro defunctis in Ecclesia parochiali sancti *Martini* Spirensis donec Capella in agro Dei cepta integre fuerit extructa & completa celebrare, & continuo post celebrationem agrum Dei accedere & inibi orationem cum collecta consueta pro defunctis dicere debebunt atque teneren- tur aspergendo etiam tumulatos aqua benedicta ut moris est & quam primum Capella in agro Dei cum altari & aliis requisitis integre esset extructa atque completa prefatus *Valentinus* & eius successores eandem missam ebdomadalem quam antea in ecclesia sancti *Mauritii* predicta celebrant, de cetero in Capella sic completa perpetuo celebrare teneantur servata etiam post missam oratione & collecta pro defunctis consuetis, cum aque benedicte aspersione ut predictum est volueritque insuper Idem testator eiusdem stipendii presentationem ad dictum *Valentinum* ejus filium & post ipsius mortem ad *Nicolaum Lichtenberg* fratrem testatoris quoad vixerint pleno jure spectare & pertinere, & post utriusque obitum atque decessum collationem seu quamvis aliam dispositionem dicti stipendii ad nos ut archi-

dya-

dyaconum loci noſtrosque ſucceſſores prepoſitos Eccleſie Spirenſis pro tempore exiſtentes pleno jure devolvi & ſpectare & quod poſſit etiam dictus *Valentinus* hujusmodi ſtipendium quandocumque voluerit in favorem cujuscunque abilis & ydonee perſone in ſacerdotio conſtitute ſimpliciter vel ex cauſa permutationis reſignare, quodque ipſi executores juxta predicti teſtamenti ſeu ultime voluntatis tenorem prefatam domum cuidam *Theobaldo Fritag* Civi Spirenſi pro ducentis & viginti florenis Renenſibus in uſum & utilitatem dicti ſtipendii convertendis vendiderint in quo quidem venditionis pretio centum & viginti floreni in numerato auro ſint ſoluti, & per executores penes plebanum & juratos Eccleſie parochialis ſancti *Georgii* Spirenſis depoſiti, donec commode & quantocius pro annua penſione ad hujusmodi ſtipendium comparanda exponi poſſint pro reſiduis vero centum florenis empta ſit penſio annua quinque floren. renenſium ſuper eadem domo vendita annis ſingulis feſto ſancti *Mauritii* cedentium & propterea pro parte eorundem executorum nobis fuit humiliter ſupplicatum quatinus hujusmodi piam intentionem & ordinationem dicti defuncti, ſingulaque alia premiſſa ratificare approbare & confirmare dignaremur nos igitur de teſtamento ſeu ultima voluntate ac legationibus & ordinationibus ſupradictis legitime informati dictique *Laurentii* defuncti pium propoſitum conſiderantes, ipſorumque executorum ſupplicationibus ob hoc favorabiliter annuentes premiſſa omnia & ſingula rata habentes & grata

illa

illa quoad presens sub spe future contributionis, ac fructuum stipendii huiusmodi ampliationis & consequenter ejusdem beneficii ibidem fundationis & erectionis auctoritate nostra ordinaria ut & tanquam archidiaconus loci in Dei nomine ratificamus approbamus & confirmamus Quodque singulis septimanis dictus dominus *Valentinus* & ejus successores unam missam pro defunctis in ecclesia parochiali sancti *Mauritii* & deinde in Capella in agro Dei sita, postquam integre edificata & completa fuerit celebrare aliasque & alia ut premittitur facere possint debeant & teneantur citra prejudicium plebani cujuscunque tenore presentium indulgemus, & licentiam impartimur & auctoritatem servatis tamen servandis tempore interdicti & cessationis divinorum ac excommunicationis & nominatim interdicti exclusis, proviso tamen quod dicta pecunia centum & viginti floreni renenses pro pensione annua in usum & utilitatem dicti stipendii quantocius exponatur & singula ad hujusmodi stipendium quomodolibet spectantia fideliter colligantur sic quod ex eo Deo concedente beneficium perpetuum sacerdotale erigi & dotari possit a nobis vel successore nostro more solito confirmandum, collationem quoque provisionem, investituram seu quamvis aliam dispositionem ejusdem stipendii post obitum dictorum *Valentini* & *Nicolai Lichtenberg* nobis nostrisque successoribus reservamus presentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes nostras literas exinde

fieri

fieri nostrique sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Spire die veneris vicesima octava mensis Julii Anno &c. octavo.

XLV.

SUPER JURE PRESENTANDI AD CAPELLANIAM CAPELLE SANCTE MARGARETHE SPIRENSIS.

Comparentibus coram nobis Magistro *Rulino* prebendario Spirensi vices gerente honorabilis viri domini *Petri* prepositi ejusdem ecclesie super investituris ecclesiarum seu capellarum cum *Ebelino de Elephante* clerico Spirensi & *Margaretha* matre sua relicta *Ebelin* quondam *de Elephante* civis Spirensis ex parte una & *Conrado dicto Retzelin* pro se ac *Sifrido* patre suo & *Conrado* patruo suo Canonico Ecclesie sancti Quidonis Spirensis necnon sorore sua *Ella* & eorum in lite consortibus ex altera anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono feria secunda ante festum *Bartholomei* apostoli (*) in causa mota inter eos super jure patronatus seu presentandi rectorem capelle sancte Margarethe site apud curiam *Sifridi Retselin* quod utraque pars ad se de jure pertinere dicebat, & rectorem ad predictam capellam de jure presentare debere, predictus C. dictus *Retzchelin* pro se ac *Sifrido* patre suo & C. patruo suo nec non sorore sua *Ella* ac eorum in lite consortibus habens sufficiens

(*) 19. Aug.

ciens ab eisdem mandatum animo deliberato in figura judicii predictis *Ebelino de Elephante* clerico & *Margarethe* matri ſue inſinuandum detulit ſub hac forma quod jurarent corporali preſtito juramento jus patronatus ſeu preſentandi rectorem ad capellam memoratam de jure ad ſe & eorum heredes univerſos & non ad predictum C. nec *Sifridum* patrem nec C. patruum nec *Ellam* ſororem ejus & eorum heredes pertinere, quod juramentum *Ebelinus de Elephante* clericus & *Margaretha* mater ſua in ſe ſuſceperunt & ſecundum formam predictam corporaliter multis preſentibus preſtiterunt, ſic per delationem jus jurandi in figura judicii coram nobis factam & parte parti & ſponte receptam & preſtitam, jus patronatus antedicte capelle prefatus *Ebelinus* & *Margaretha* mater ſua finaliter obtinentes, nos igitur dictum jus patronatus capelle prefate ipſi *Ebelino* & *Margarethe* matri ſue & eorum heredibus ſententialiter adjudicamus predicto C. *Retzchelin Sifrido* patri ſuo & *Conrado* patruo ſuo *Elle* ſorori eius & eorum heredibus ſuper ipſo perpetuum ſilentium imponentes in cujus rei evidens teſtimonium preſentes literas ſigillo noſtro una cum ſigillo officialitatis prepoſiture predicte duximus roborandas, Datum & actum anno & die prenotatis.

XLVI.

XLVI.

INSTITUTIO PREBENDE SACERDOTALIS IN CAPELLA LUSTAT. (*)

In nomine Domini Amen Quia eaque aguntur in tempore temporis proceſſu a memoria hominum recedunt, Ideo neceſſe eſt ea ſic facta & geſta litterarum teſtimoniis perhennari, Idcirco nos *Conradus de Kickel* prepoſitus eccleſie Spirenſis tenore preſencium publice profitemur quod in noſtra nec non diſcretorum virorum *Johannis Sculteti Wernheri Johannis Piſtoris Hugonis under den Eichen Erlewini* de inferiori *Luſtat Friderici* loci dicti *phluger nicolai* dicti *Schuler* & *Eberhardi fabri* juratorum dicti loci *Luſtat* ac *Johannis Mengeri* dictorum *Clobelauch* armigerorum dicti *Cruſelman* ſenioris & *nicolai* dicti *Spangel* teſtium ad hoc vocatorum & rogatorum conſtituti preſentia honeſti viri *henricus de Luſtat* ſuperiori ſenior miles & *arnoldus* clericus frater ejus unanimi conſenſu ſponte & pari voto conſenſu *Johannis* ſacerdotis dicti *Gulden* nunc rectoris ipſius eccleſie in *Luſtat* nec non *Ortonis Erphonis* & Domini *Johannis* conventualis monaſterii *Salſenſis* nec non *Mechtildis* uxor legitima *Eberhardi de Kauel* militis liberorum *Henrici* militis predicti & ejusdem *Eberhardi* preſentium & volentium ad hoc expreſſe accedente ob ſuarum & ſuorum progenitorum animarum ſalutem

&

(*) Luſtat inferior ſpectat ad Archidiaconatum Eccleſiæ Majoris & extat in Decanatu Wiler ſub Rippurg quem cum aliis exhibebimus Tom. X. Subſidior. Diplom.

& remedium divino cultui incrementum prebere affectantes unam prebendam sacerdotalem in Capella juxta habitationem curie prefati militis erecta & consummanda instituerunt, quam etiam prebendam pensione viginti quatuor maldrorum siliginis & dimidie carrate vini clari & aliis bonis infrascriptis super bonis suis subnotatis eorum ut asserebant propriis & nulla alia pensione prius oneratis nec feodalibus existentibus nec usquam prius obligatis & ad ipsam pensionem portandam perpetuo sufficientibus prout prefati jurati super debitis suorum Juramentorum requisiti hoc verum fore concorditer retulerunt dotarunt hoc modo videlicet quod ipse miles quamdiu vixerit & post ipsius mortem senior heres heredum suorum masculini generis, ipsam prebendam quociens eam vacare contingeret conferendi & prebendam ad ipsam actu tamen sacerdotem existentem loci archidiacono presentandi habeat potestatem & quod ipse presentatus ab archidiacono loci investitus in aurora solis missam suam in dicta Capella omni die nisi legitimo impedimento sit detentus dicere teneatur & deinde singulis horis ante dictam missam suam & post divinis officiis in matrice Ecclesia peragendis interesse debeat juvamen & auxilium legendo & cantando plebano seu Rectori loci prestando & quod nichilominus requisitus per dictum plebanum vel rectorem fidem loco juramenti prestare teneatur quod in omnibus & singulis legatis & alias ubi poterit matricem ecclesiam rectorem seu plebanum loci fideliter promoveat & eos preferat ceteris in

eis-

eisdem Et quod de pecunia a Chrifti fidelibus dicti loci *Luftat* caufa memorie animarum aut alias qualitercunque habenda in prefata capella vel extra eam in cimitheriis ejusdem & matricis ecclefie ad manus vel altare fibi oblata nichil invito plebano loci fibi retineat fed ipfam pecuniam prefentet Rectori feu plebano predicto, prefatam etiam prebendam ex nunc *Jacobo* facerdoti nato *Martini de Wormatia* idem miles contulit offitiandam bona autem ad prebendam fpectantia per prefatum *henricum* militem pro penfione duodecim maldrorum filiginis pofita funt hec, primo decem Jugera in loco dicto *uff den Sligenwegen* una petia apud triginta jugera dominorum ecclefie Spirenfis. Item quatuor Jugera prope in una petia in den an den *Slingenweg* Item feptem jugera in una petia oben an dem *Roderweg* Item duo jugera in dem *Katzenloch* apud milites de *Zeifenkenn* Item duo Jugera cum dimidio tendentia uff den *Fronacker* Item cenfum fedecim folidor. hallenf. fuper orto & prato *Johannis paftoris de Luftat.* Item cenfum decem untiarum hallenfium fuper domibus & ortis Jacobi campanatoris in *Luftat* Idem etiam miles ad ipfam prebendam deputavit & affignavit penfionem dimidie carrate vini predictam in villa *Becbingen* fibi ut afferuit debitam fitam & affignatam fuper bonis fub notatis in villa *Becbingen* & eius terminis fitis primo fuper quinque quartalibus vinee fitis in loco dicto in *Gurridenftul* quinque Lagenas vini que quondam fuerunt domicelli dicti *Beugerters* Item zu *Calerden Merkelinus* dictus *Scbnegans* urceum vini de

uno jugere vinee apud vineam doche Item *Berbus* lagenam vini de quinque quartalibus vinee dicti der *Rorbecber* & idem dabit Item dictus *Kyme* molitor de *Walſenbeim* urceum vini de uno jugere vinee zu *Kalterden* inferius henrico de *Becbingen* Item *Johannes* dictus *Richart* dimidium urceum vini de uno jugere vinee am *Glyswyler weg* Item dictus *Stollo filiaſter* dicti *Ricbardi* unam lagenam vini de dimidio jugere Vinearum am *Gliſſwyler weg*, Idemque miles promiſit unam curiam & domum præbendariam prefate prebende decentes ſuis laboribus & expenſis conſtruere & edificare ad prebendam eandem prefatus etiam miles duo jugera pratorum in loco dicto in der *Ebenbacb* ſita in terminis ville *Luſtat* per univerſitatem dicte ville ut Schultetus & jurati predicti concorditer affirmabant ad ipſam prebendam donata & aſſignata donavit & deputavit ad prebendam eandem Item bona de quibus penſio duodecim maldrorum ſiliginis reliqua per *Arnoldum* clericum predictum ad ipſam prebendam deputata debetur primo in via dicta *Roderweg* tredecim jugera in duabus petiis infra duo jugera dotis eccleſie in *Luſtat* Item uff dem nider rodern quinque jugera in una petia apud dictam himen Item in alto campo novem jugera in una petia oben an dem fronacker Item ſeptem jugera in una petia tendentia ſuper *Spirer ſtraſſe* apud tria jugera dominorum Decani & capituli eccleſie Spirenſis, prefati etiam *benricus* miles & *Arnoldus* fratres ſe & ſuos in bonis predictis ſucceſſores ad ſolutionem penſionis viginti quatuor maldrorum ſili-

ſiliginis prediĉte prebendario prebende prediĉti ſingulis annis in feſto Nativitatis Beate Marie virginis faciendam expreſſe aſtrinxerunt promiſerunt que *Orto* & *Erpho* armigeri prediĉti fide ſua in manus noſtras loco juramenti preſtita quod premiſſa omnia & ſingula obſervent & fideliter attendant nec contra ea veniant vel faciant quovismodo preterea conſtitutus coram nobis *Henricus* miles junior natus *Henrici* militis prediĉti inſtitutioni & dotationi ac omnibus prediĉtis ſponte ſuum adhibuit conſenſum & ea omnia & ſingula inviolabiliter promiſit obſervare, prediĉti etiam Schultetus & jurati requiſiti eundem militem alias coram eis ut aſſerebant conſtitutum ſuum conſenſum prediĉtis adhibuiſſe concordi voce affirmabant, & quia prediĉta omnia & ſingula de noſtris conſenſu & voluntate proceſſerunt ac geſta & aĉta fuerunt, ideo nos ad petitionem eorundem. Inſtituentium & conſentientium prediĉtorum ipſa laudamus ac approbamus & in Dei nomine preſentibus confirmamus dantes deſuper has literas ſigillo officialitatis noſtre quo utimur in hac parte roboratas Datum & aĉtum anno Domini milleſimo tricenteſimo oĉtavo feria ſecunda poſt diem beati Germani Epiſcopi.

1. Junij.

XLVII.

CONFIRMATIO BENEFICII SS. NICOLAI ET CATHARINÆ IN OEDENKOBEN.*

Universis & singulis cristi fidelibus presentes literas visuris lecturis pariter & audituris quibuscumque nominibus auctoritate aut preeminentia fungentibus presentibus & futuris *Georgius de Gemmingen* utriusque juris Doctor prepositus ecclesie Spirensis eternam in Domino pacem prosperitatem & salutem cum subscriptorum noticia indubitata. inter cetera officio nostro hoc fere precipuum incumbere arbitramur ut ea que divini cultus honorem & augmentum Cristianeque religionis zelum ac nostre Iurisdictioni subiectum populum ad id frequencius incitandum respiciunt verbo studeamus & opere favorabiliter promovere Exhibita siquidem nuper in Cristo nobis dilectorum plebani & juratorum ecclesie ville *odenkoben* nostri Archidiaconatus expositio continebat quod ipsi in omnipotentis Dei eiusque illibate genitricis Marie ac tocius celestis exercitus honorem laudem & gloriam nec non ob suorum parentum liberorum germanorum progenitorum & successorum suorum cunctorumque Christi fidelium animarum remedium & salutem altare novum in ecclesia parrochiali dicte ville *Odenkoben* ad honorem beatorum Nicolai Episcopi & Katharine Virginis consecratum erexe-

* Sub Decanatu Wiler in Archidiaconatu Ecclesiæ Majoris Spirensis.

erexerint illudque ex & de Incolarum ejusdem ville *Odenkoben* propriis bonis piisque elemosinarum elargicionibus censibus duorum florenorum de & ex redditibus seu bonis ecclesie antedicte consensu officialis nostri ad hoc accedente additis domo & habitacione cum suis comprehensionibus & attinentiis nec non annuis redditibus pensionibus & emolumentis triginta florenos annuos valentibus adauctis importantibus & sufficientibus in literis registris & scripturis autenticis desuper editis in armario seu scrinio ecclesie prelibate repositis contentis fundaverunt & dotaverunt ac in & ad perpetuum ecclesiasticum beneficium cappellania de jure patronatus laicorum nominari & reputari clerico seculari duntaxat assignari solitum & debitum erigi institui admitti & approbari proponant & cupiant modo & forma subnotatis videlicet quod dicti beneficii collatio & seu jus presentandi quociensunque & qualitercunque illud in antea vacare contigerit ad plebanum & juratos ecclesie parrochialis dicte ville *Odenkoben* pro tempore existentes tanquam veros & indubitatos patronos pleno jure pertinere debeat qui quidem patroni beneficio hujusmodi ut prefertur vacante in unius mensis spacio a tempore vacationis huiusmodi continuo & immediate currente ulterioribus mora & dilacione sublatis personam habilem & ydoneam actu sacerdotem aut que infra annum a tempore presentacionis de se facte in sacerdotem de jure promoveri valeat preposito ecclesie Spirensis pro tempore existenti aut ejusdem officiali ad investiendum &

 insti-

inſtituendum concorditer preſentare teneantur quam quidem preſentationem ſi iidem patroni plus tempore ſpecificato modoque premiſſo facere aliquando differrent pro omni ea & non alia vice jus preſentandi & conferendi ad dictum beneficium ad prepoſitum eccleſie Spirenſis pro tempore devolvi ac illi penitus applicari debeat contradictione & impedimento quibusvis poſtergato, onus vero id idem beneficium continuam perſonalem reſidentiam facere ac illius domum, habitacionem, cenſus, redditus, obvenciones jura & bona univerſa in debita ſtructura cultura & eſſe conſervare deperdita deruta & collapſa pro poſſe & noſſe recuperare & reſtaurare nil penitus de aut ex eisdem vendendo diſtrahendo abducendo ſeu alias alienando quovismodo nec non ſingulis ebdomadis in & de eodem beneficio tres miſſas unam die Dominico aliam quarta in eccleſia parrochiali altarique prefato & terciam in Cappella ſancte crucis extra eccleſiam parrochialem in diſtricto dicte ville *Odenkoben* ſita ſexta feriis celebrare ſi autem aliquando in ſextam feriam pluvioſa lutoſa aut turbida aura eveniret ſic quidem beneficiatus ex hujusmodi aut alia rationabili cauſa ſexta feria in Cappella ſancte Crucis convenienter celebrare non poſſet tociens beneficiatus proximiori ſequenti die ſerena aura exiſtente miſſam ſexta feria ex cauſis pretactis omiſſam in dicta capella ſancte crucis ſupplere, ſi autem aliquis beneficiatus ullam trium miſſarum hujusmodi infirmitatis aut alio legitimo non detentus impedimento aliquatenus neglexerit ac proximiori

ſe-

ſequenti ex tunc ebdomoda vice verſa non ſuppleverit quocienscunque hoc contigerit tociens beneficiatus decem octo denariorum juratis eccleſie parrochialis in *Odenkoben* pro tempore nomine ejusdem eccleſie irremiſſibiliter perſolvendorum & in utilitatem ejusdem eccleſie conuertendorum penam ipſo facto incurrere & incurriſſe Et ne paruitas pene hujusmodi facilitatem aut occaſionem negligendi tribuat quivis beneficiatus negligens ac negligentiam ſeu defectum hujusmodi non implens ut preſcribitur preter & ſupra ſcriptam penam arbitrarie pene ſeu correctioni prepoſiti eccleſie Spirenſis aut illius officialis pro tempore deſuper infligende abſque contradictione ſubeſſe quodque quivis dicti altaris beneficiatus plebano in *Odenkoben* feſtivitatibus atque temporibus aliis debitis & ſolitis cantando legendo aſpergendo circueundo ac alias ut convenit aſtare nec non neceſſitatis tempore dum & ſi a plebano deſuper rogatus fuerit ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare debeat ac efficaciter teneatur proinde etiam quilibet beneficiatus hujusmodi una cum cenſibus redditibus rebus juribus & bonis ejusdem beneficii preſentibus & futuris libertatibus pecorum pecudum & jumentorum paſcuis ac aliis conviviis ville *Odenkoben* prout ut ceteri ibidem beneficiati illis fruuntur & pociuntur gaudere ac uti poſſit & habeat beneficiatus tamen hujusmodi beneficium preter dictorum patronorum expreſſos conſenſum & voluntatem permutare reſignare aut alias cedere vel dimittere, pecunias quoque aut valores ex dicti beneficii cenſuum

fructuum reddituum obvencionum rerum bonorum & jurium reluicionibus vendicionibus alienacionibus aliis licite provenientes suis usibus applicare aut retinere nequeat modum in quemcumque, quin ymo jurati ecclesie in *Odenkoben* pro tempore existentes pecunias seu valores hujusmodi in usum & utilitatem dicti beneficii de scitu possessoris ejusdem quantocius & comodosius quo poterint vice versa convertere Et si qua ex censibus redditibus obvencionibus juribus & bonis dicti beneficii preter beneficiati & possessoris ejusdem culpam decrescere diminui aut deperire contigerit hujusmodi decrescionem diminutionem aut depericionem jurati ecclesie in *Odenkoben* ex & de bonis eiusdem ecclesie recompensare & supplere debeant & teneantur qua propter pro parte dictorum exponentium humiliter nobis fuit supplicatum quatenus supradictorum nove altaris & beneficii ecclesiastici erectionem fundacionem dotacionem Institutionem & ordinacionem modo forma serie & ordine supra notatis admittere. laudare erigere approbare conservare ac ordinare nostre auctorisacionis presidio communire nec non discretum in cristo nobis dilectum *Conradum Cleinpeter de Odenkoben* clericum Spirensis diocesis nobis per plebanum & juratos ecclesie in *Odenkoben* modernos ad hujusmodi novum beneficium nominatum & presentatum de eodem investire & ad illud instituere ceteraque nobis & super premissis de jure more aut officio incumbentia facere & inpendere dignaremur. Nos itaque *Georgius* doctor & prepositus supra-

pradictus attendens quod justis petentium deside- riis facile est & decet prestare assensum dictorum, propositum quod super hoc pie & provide factum est considerantes comendantes ratumque & gratum habentes & quia iidem exponentes nos de venera- bili & religiose domine abbatisse monasterii sancti Monialium in *Heylsprucken* ordinis Cisterciensis Spi- rensis diocesis ad quam ecclesie parrochialis in *Oden- koben* collatio seu jus presentandi vacatione ipsius occurrente pleno jure pertinere dinoscitur expres- sis consensu & voluntate in & super premissis au- tenticis sigillatis litteris ejusdem domine abbatisse nec non de bonis redditibus censibus & juribus di- cti altaris ad omnes reditus triginta florenos re- nenses se extendentibus sufficienter certificarunt idcirco supranominatum altare supradictorum una cum censibus proventibus emolumentis rebus bonis & juribus suis universis & singulis presentibus & futuris in perpetuum beneficium ecclesiasticum eri- gendum illiusque fundacionem erectionem dotaci- onem institucionem & ordinacionem cum in & sub omnibus & singulis clausulis capitulis punctis & ar- ticulis superius descriptis admittendas laudandas ratificandas approbandas & confirmandas duxi- mus prout erigimus admittimus laudamus ratifica- mus approbamus & confirmamus ac hujus scripti patrocinio communimus eaque omnia inviolabiliter observari volumus & mandamus auctoritate nostra ordinaria pro nobis & successoribus nostris univer- sis in Dei nomine in hiis scriptis & per presentes, insuper quoque antedictum *Conradum Cleinpeter* ut

premittitur nominatum & presentatum ibidem personaliter presentem & id flexis genibus a nobis humiliter petentem primitus tamen ab eodem obedientia & alias debito & solito scripturis sacro sanctis tactis ad sancta Dei Ewangelia corporaliter per eum prestito juramento per nos recepto ad dictum ipsum beneficium Instituimus & de eodem investimus sibique illud cum omnibus & singulis suis juribus & pertinentiis contulimus assignavimus ac de eodem providimus prout instituimus investimus conferimus assignamus & providemus per presentes in Christo nobis dilecto Decano in *Schwechenheim* sub debita obedientia mandamus quatenus per se vel alium prefatum Conradum in ecclesia parochiali in *Odenkoben* populo inibi ad divina vel alias legitime congregato aut aliis quorum interest pro vero beneficiato & cappellano altaris antedicti presentet ac ipsum in & ad ejusdem beneficii seu Capellanie Juriumque & pertinentiarum omnium ipsius corporalem realem & actualem possessionem ponat inducat & inductum defendat sibique ab omnibus quorum interest de illius fructibus censibus redditibus proventibus obventionibus Juribus & bonis universis plenarie & cum effectu responderi honoremque & reverentiam condignos adhiberi & a dicti Capituli confratribus in confratrem & concapitularem recipi faciat adhibitis solempnitatibus in hijs debitis aut consuetis. Ut autem erectio admissio laudatio ratificatio approbatio & confirmatio premencionate cunctaque alia premissa prout prescripta sunt rate grate & firme permane-

ant

ant atque propter temporis diuturnitatem ab humana non vilescant aut prelabantur memoria presentes nostras literas desuper fieri & scribi nostreque preposituree sigilli appensione communiri jussimus & fecimus Datum & actum Decima octava die mensis Marcij Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo presentibus ibidem.

XLVIII.

INSTITUTIO ALTARIS S. EGIDII IN LIMPURG. (*)

In Nomine Sancte & individue trinitatis amen. Quoniam actus modernorum de facili in oblivionem deducuntur nisi scripturarum robore seu testimonio solidentur Idcirco nos *Theodoricus* divina favente clementia abbas monasterii Limpurgensis ordinis sancti benedicti Spirensis diocesis Executores testamenti siue ultime voluntatis quondam *friderici de Meckenheim* clerici tenore presencium recognoscimus & ad perpetue rei memoriam constare cupimus universis tam presentibus quam futuris. Quod nos juxta dicti testatoris voluntatem intendentes de bonis suis divino cultu prebere incrementum, considerata & inspecta congrua devotione

ne

(*) De hoc monasterio, sub Archidiaconatu Ecclesiæ Majoris & Decanatu in Buhel sito varia notavimus Tom. V. Subsidior. Dipl. pag. 290. alia quoque dabimus Tom. X. Subsidior. Dipl.

ne eiusdem prudentum etiam virorum maturo prehabito consilio, de bonis ab ipso testatore relictis, unam prebendam sacerdotalem in monte Limpurgensi super altari sancti Egidii confessoris in curia abbatie sito perpetue deserviendam instituimus ipsamque de bonis & redditibus infra scriptis ut dicitur ad prebendam sacerdotalem sufficientibus dotavimus & dotamus per presentes & eam *Wigando* sacerdoti olim rectori scolarum dicti nostri monasterii nostro familiari contulimus regendam & in eodem altari officiandam volentes & quantum in nobis est statuentes de consensu tamen & approbatione conventus dicti nostri monasterii quod ipsa prebenda ex morte vel resignatione dicti *Wigandi* ex nunc vel in antea vacante eadem prebenda deinceps perpetue quociens eam vacare contigerit per campanatorem dicti nostri monasterii qui pro tempore fuerit a nobis & nostro successore deputandum in habitu seculari ordine presbiteratus constitutum cum prebenda quam ex parte campanibilis officii hucusque percipere consuevit, ut eo melius Deo militare poterit, deserviri debeat & officiari singulis diebus ut secularis sacerdos de tempore nisi legittimo impedimento detineatur divina officia super altari predicto perpetue celebrando & ut sic redditibus officii campanibilis predicti una cum bonis & redditibus infrascriptis per nos & dictum nostrum Conventum annexis & unitis percipere sine diminutione qualibet & habere eo tamen salvo quod campanator ut sit a nobis vel nostro successore deputatus custodi nostro in omnibus ut antea bono modo

modo obediat vel servum in expensis eius servet qui pulsandi lumina incendendi seu aliis oportunis serviciis obediendo custodi premisso curam gerat, & si aut quando campanator reperiretur notabiliter excessisse ac monitione trina premissa talem excessum emendare vel alias de cetero tali abesse noluerit, quod ex nunc per nos seu nostros successores a dictis prebenda & offitio valeat amoveri & alter ydoneus in locum eiusdem subrogari contradictione qualibet non obstante. situs autem & specificationes bonorum & reddituum quibus est dicta prebenda dotata sunt hec, primo *Fridericus* testator predictus emit erga *Conradum* dictum *Meinhart* bona subscripta in metis ville *Didesheim* sita & primo in superiori campo ejusdem ville duo Jugera an der *Zolwissen* Item unum juger Juxta *Meisenbron* Item duale super duo Jugera *Johannis estatis.* Item dimidium ulterius juxta *Knoringen* Item quattuor jugera in *dem Merse* juxta illam *de Engassen* Item unum super Steckgraben Juxta dictum *Summer militem* Item tria jugera ultra viam que dicitur *Hut weg* juxta domicellam *Byam* Item unum juger ex altera parte des wassers graben juxta *estatem militem* Item in inferiori campo primo quinque jugera an der *Marlachen* consulcanea sancti Quidonis Item unum juger supra *Bruwel* Juxta *Rudolfsum* militem Item tria Jugera supra viam Spirensem an der *Hassen* Item duo jugera cum dimidio ultra stratam super *Anewender* sancti Quidonis Item duo super eundem *Anewender* Item emit erga *Conradum* dictum *Ruorinus* bona subscripta ibidem sita

primo

primo in ſuperiori campo duo jugera an der *Sunnen gaſſen* Item duo jugera juxta Epiſcopum Item tria jugera uff den *Bauwieſen* Item quatuor jugera & quartale juxta *Schadonem* Item duo jugera cum dimidio an dem *Fogelſange* Item unum juxta *Schadonem* Item dimidium juxta *Schadonem* Item tria jugera *Trabenna* ſupra pratum eſtatis Ibidem duo jugera ſupra viam *Mersweg* Item duo jugera in dem *Mers* conſule: *Wernberus* de *Ruppretzbergk* & *Rudolffus an dem Sande* milites Item ſub pignus pratum ſitum ex altera parte ville *vorſt* quod nominatur an dem *Schrecke* verſus *Didesheim* Item unum juger in dem *Mers* Juxta *Henricum Spede* Item in inferiori campo primo quatuor jugera Juxta *Albelmum* militem Item unum juger cum dimidio juxta ſalices Item unum juger Juxta *Schadonem an Merkenametzwegke* Item duo jugera ultra viam *Meckenheim* juxta illum de *Engaſſenn* Item unum juger juxta *Wilmannum* Item duo jugera. Item duo jugera juxta *Wernher* militem Item unum juger cum dimidio juxta *Wilmanum uff der engeſſes wege* Item unum juger juxta predicta dua jugera ſuper viam *Merkenheim* Juxta illam de *Engaſſen* Item unum juger juxta eſtatem militem Item emit contra *Johannem* dictum *Schade* bona ſubſcripta Ibidem ſita primo in ſuperiori campo duo jugera in der *Sunnengaſſen* Juxta pratum *Conradi* dicti *Klering* Item unum Juger retro domum Columbarum dicti Summer Juxta *Ebenſtocken* Item quinque jugera by dem *Mersweg* Item in inferiori campo Item iij jugera de vj jugeribus by dem *hohem wege* verſus montes Item quinque jugera by der *herſtraſ-*

ſen

ſen juxta illum de *Engaſſen* Item duo jugera juxta *Ulmannum Heynenweier* juxta de Engaſſen Item unum Juger vinee paſtoris by den *Hergern* Item duo mans genant pratorum an der *Nordelenbaeb* von den viern zwein gen *Fridelſſheym* Item emit erga dictum *Johannem Schade* & *Johannem* ejus filium bona ſubſcripta etiam ibidem ſita primo in inferiori campo *Retersheijmer* marcke novem jugera juxta epiſcopum Item circa jugera cum dimidio trahentia verſus *Meckenheim* Item in ſuperiori campo *Dedesheym* duo jugera by denn vieer juxta *Wernherum* de *Ruppretzberck* Item circa jugera retro curtem monialium ſancti Lamperti que jam ſunt culta ad vineas Item dimidium juger juxta *Johannem de Dirmeſtein* prope *Meyſenbrone* Item iij jugera cum j in dem *Mers* by *her ſummerswiſſen* juxta illam de *Engaſſen* Item unum juger cum dimidio uff der *Lemgruben* Juxta ipſum Item octo mansmat pratorum & de octo quatuor ſuperiora Juxta *Helleborne* Item unum juger vinee uff der *Hohe* juxta illam de *Schmerſtadt* Item duo jugera an dem *Cappusgarten* juxta *Wernherum de Ruppretzburg* Item penſio duarum amarum vini albi que cedit de curte domo & orto *Conradi* dicti *Kurſſeneck* juxta curtem dicte *Elle Oleyern* Item nos *Theodoricus* emimus cum pecunia predicti teſtatoris cenſum duarum librarum hallenſium cujus cenſus xj unc. ſingulis annis de domo & area *Winzonis* ſartoris & reſidue xiij. unc. de domo & area *Winzonis* dicti *zum Horn* preſentabuntur predicto prebendario qui pro tempore fuerit qui eodem cenſu unde commodius vivere va-

leat

leat ſibi neceſſaria procurabit. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo noſtri conventus hiis litteris appenſo ne in poſterum ab aliquo premiſſa vel aliquid premiſſorum poſſint infirmari duximus preſentibus appendendum. Nos quoque conventus monaſterii Limpurgenſis ſepedicti qui utilitatem & honeſtatem monaſterii noſtri prefati in premiſſis novimus verſari, ideo ipſis noſtrum conſenſum adhibuimus & ipſa approbamus & quantum in nobis eſt confirmamus in teſtimonium & robur perpetue firmitatis ejusdem ſigillum noſtrum preſentibus appendentes Datum Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quinto in vigilia penthecoſtes.

14. Maji.

XLIX.

LITTERE FUNDATIONIS ET DOTATIONIS BENEFICII NOVI IN HUSEN SUB MONASTERIO LYMPURG.

Wir *Emich* graue zu *Lyningen* unnd zu *Dagspurg* her zu *Apermont* unnd wir *Bernhart* graue zu *Lyningen* unnd zu *Dagspurgk* gebruder thun kunt allermenglich mit dieſem briefe als die wolgebornen *philips* unnd *Diether* grauen zu *Lyningen* unſere lieben brüdere ſeligen den beyden der allmechtigk gnedigk und barmhertzig woll ſyn by Zijt jre lebens jne furgeſtellt unnd mit eyn beſchloſſen haben umb Ire Sele heijle zu ſtifften in der

Ca-

Capellen unſer lieben frauwen zu den *huſen* under dem cloſter *Lympurg* Spyrer biſtumbs gelegen eynen altar zu beleſen mit dryen meſſen jn der wochen zu lobe dem almechtigen unnd jn ere der hochgelopten Konnigin *Marie* und der genant unnſer bruder graue *Philips* ſelige nach abegangk unſers bruder graue *Diethers* uf ſolicher guten furſatz hat thun buwen eyn Capelle darjn denſelben altare und pfrunde geſtiftet unnd begabet in meynunge laiſſen beſtetigen das vor Syme abgange dieſer welt nit vollenzogen doch one ſyne Schulde ſo wir nun die gemelten unſer bruder ſeligen jn ſolichem guten furſatz unnd willen bis jn yren abſcheydt von dieſer welt unuerandert varmerckt unns auch am letſten von unſerm bruder graue *Philipſen* ſeligen an ſyme ende empfollen ſoliche pfrunde laiſſen beſtetigen haben wir angeſehen dis gegenwirtige vergengkliche leben jn dem anders nit iſt dan Sicherheit des dots und die ſtunde des dodes unſicherheit. Darumb wir mit wolbedachtem mute und uf den genanten willen unnd furſatz unſerer bruder ſeligen unwidderrufflich zu lobe dem almechtigen unnd jn Ere der hochgelopten Konigin unnd Jungkfrauwen *Marie* zu troſt und hielff den ſelen der genanten unſer brudere ſoligen, unſerer aller unſerer voraltern und Erben grauen zu *Lyningen* ſo ſetzen und ordnen wir jn unnd mit Crafft diſſ briefs das nun und zu ewigen zyten Eyn frommer prieſter eyns erbern guten weſens ſyn wonunge ſeſſe unnd weſen zu den *huſen* uf ſolicher pfrunde haben unnd alle wochen dry meſſen leſen

 ſoll

ſoll nemlich uf den montag eyn meſſe pro defunctis unnd beſonder fur alle graue unnd graffen unnſers ſtams die jn vergangen zyten ſynt unnd zukunftiglichen werden verſcheyden von dieſer welt unnd uf den mitwoch eyn meſſe pro peccatis unnd uf den ſambstag eyn meſſe de beata virgine unnd als anfangs der genant unſerer bruder graue *Philips* ſelige mit dieſer pfrunde verſehen hat meinſter *Niclaus Kirchenſteyn von Durickeim* der die bis in ſynen todt beſeſſen ſo wenden wir die forter Itzt gegenwirtiglich uf *Heinrichen Kirchenſteyn* des egenanten meiſter *Niclauſen* ſeligen bruder in Crafft dis briefs dem wir vergundet bis zu ſynem alter das er mag prieſter werden die zu beſitzen unnd wollen das dieſer unnd eyn yeder prieſter der jn zukunfftigen zyten mit ſolicher pfrunden wirdet verſehen ſoll zu allen zytten uf unſer lieben frauwen tagen und feſten verbunden ſyn meſſe zu leſen unabbruchliche der vorgen dryen meſſen Es were dan das ſich derſelben tagen eyn treffe uff die tage In ſolicher ſtifftunge begriffen unnd uf alle unſer lieben frauwen tage ſoll der beſitzer ſolicher pfrunden armen luden vor zwene ſchullunge pfenninge brot zum *Huſen* vor der Kirchen nach der meſſe geben und hantreychen zu ewigen tagen unabbruchlich ſyn eygene Kertzen zu allen meſſen und den meſſwynn ſoll er ſelbs geben Er ſoll auch zu den hochzytlichen tagen verbunden ſyn uf erforderung eyns capellans zu *Hartemberg* uff dem Schloſſ zu zyten mit iſt unnd wirdet ſyn metten und meſſe helffen ſingen die behuſunge mit

ſyner

ſyner zugehorde ſoll er In Buwe unnd weſen wie jm das in buwe iſt geſtelt hynfuer halten ungeuerlich unnd als dick eyn prieſter zu der pfrunden ufgenomen wirdet ſoll er verſprechen dieſem allen gnug zu thunde zu halten unnd zu vollenziehen wie vorſtet die verlyhung oder preſentirung ſolcher pfrunde und altars behalten wir uf den willen der genanten unſerer bruder ſeligen uns unſer lebenlang und nach unſerm abgange zu ewigen tagen dem alteſten unſerm erben grauen zu *Lyningen* manlichs ſtams der *Hartenberg* jnhat one allen Intragk alſo das wir und dieſelben ſo dick ſich wirdet geburen zu verlyhen oder daruf zu preſentiren ſollen haben, ob aber der manlich ſtam abſturbe das Got myt ſynen gnaden verſehen woll ſo ſoll die verlyhunge oder preſentation der pfrunden dem rechten nechſten alteſten erben es ſyen mannes oder wybes perſonen zuſten wir und unſer erben wie dauon underſcheiden iſt ſollen und wollen auch uf ſoliche pfrunde als dick die nu hynfur ledig wirdet eyn tuglich und Erſame perſone die prieſter ſy ufnemen und die eynem Dhumproibſt zu Spyer zu zyten iſt oder ſynem official unnd Stathalter als ordentlichen Oberherrn uf ſolichen pfrunde zu Inueſtieren jn der zyt von recht ufgeſatzt preſentieren unnd ob es ſich begebe das wir oder unſer erben in der zyt des rechten keynen preſentiren, das alsdan die preſentacion und lehenſchafft derſelben pfrunden, als dick ſolichs geſchee eynem Dhumproibſt verfallen ſyn unnd zuſteen ſoll, wir ordenen und ſetzen forter uf den

obgenanten willen unſerer bruder ſeligen das dieſe Inſtitucion und hauptbriefe uber ſolicher pfrunden gulten ſagende ewiglich ligen ſollen hinder den geſchwornen der pfarkirchen zu *Durckeym* uns unſern erben und eynem yeden capellan dauon glaupliche tranſumpta gegeben werden die ſelben geſchwornen ſollen uffteher haben und daran ſyn das die gemelt pfrunde altare und behuſunge mit ſyner zugehorde nach lute dieſer inſtitution in allen ſtucken gehalten werde und obe die gulten der pfrunde abgeloſt werden ſollen ſie die geſchwornen das hauptgelt emphahen das zu allen Zyten widder mit wiſſen des collators und beſitzers der pfrunden mit guter verſorgniſs unuerzugklich anlegen wir wollen auch das Abt und Conuent zu *Schonauwe* als paſtores der kirchen zu *Dorickeym* darzu eyn pfarrer daſelbſt darzu eyn Abt und Conuent zu *Limpurg* mit dieſer pfrunde altare und zugehorden nichts zu thun oder zu handlen ſollen haben jn keynen wegk, doch unnabbruchlich und unſchedelich Ir yedes rechten und gerechtigkeyten und uf das der genant *Heynrich* und eyn yeder prieſter dem dieſe pfrunde wirdet verluhen ſyn wonnung zum *Huſen* mit zytlicher Narung eyn gut und redlich uffkommen moge haben ſo hat der obgenant unſer bruder graue *Philips* ſelige uf den willen unnd furſatz ſyn und unſers bruder Graue *Diethers* ſeligen by zyt ſyns lebens geordenet geſetzt und gekaufft zwentzig und funff gulden gelts dye eyn yeder capellan deſſelben altars jerlichs uff ſant *Martins* Tag uffheben und empfahen ſoll lute

eijns

eijns briefs daruber ſagende darzu zwey malter korns zu der ſpenne die bewyſen wir zu *Durickeym* das eyn yeder amptman daſelbſt zu allen zijten von unſern gutern eynem capellan lieffern und usgericht ſchaffen ſoll Eyn behuſunge und garten mit Irem begriff zum *Huſen* gelegen ledig unnd freijhe bette und zinſe aller beſchwerunge zu dieſem ordnen und ſetzen wir zu eyner beſſerung ſolicher pfrunden und altars das eyn Capellan daſelbſt moge eyn uskomens han bewyſen wir *Bernhart* graue zu *Lyningen* obgenant eynem yeden beſitzer ſolicher pfrunde jerlichs eyn halb fuder wyns uff unſerer und unſer erben wingarte buwe gude und andern zugehorden unſers dorfs zu *Mettenheijm* darzu zehen malter korns uf unſern Buwe gude zu *Biſſesheym* wormſer maiſſe, das alles wir unſerm ſchultiſſen daſelbſt an beyden enden Itzt und zu allen zyten vor uns unſer Erben und nachkomen empfellen und gebietten by jren glubden und pflichten damit ſie uns unſern erben und nachkommen verwant ſynt und werdent eyme yeden beſitzer Jerlichs das korn zuſchen den zweyn unſer lieben frauwen tagen Aſſumptio und Nativitas genant den wijn zu herbſt geijn *durckeijm* oder huſen nach willen des beſitzers uf unſern unſere erben und nachkomen koſten und one ſchaden des beſitzers antworten und lieffern ſollen und wollen one allen Intragk und wo ſumniſs daran geſchee, das nit ſyn ſoll magk eyn yeder beſitzer daſſelbe unſer buwe gut mit ſambt unſern ſchulteiſſen daſelbſt beclagen furnemen geiſtlich oder werntlich

 darin

darin wir unſer erben und nachkommen uns nit ſperren oder eynich furnemen widder den beſitzer thun ſollen und wollen ane Geuerde hindan geſtalt wir preſentiren auch hiemit den obgenanten *Heynrich Kirchenſteyn* dem wirdigen und hochgelerten unſerm frunde hern *Georgen von Gemyngen* Doctor Dhumproibſt zu Spyre fruntlich bittende dieſe ſtifftunge und pfrunde crafft ſyner ordenlichen oberkeit zu beſtetigen confirmiren und zu zulaiſſen und den genanten *Heynrichen* uf ſoliche nuwe pfrunde zu Inveſtiern uud zu thun was ſyner ordenlichen oberkeit von ampts wegen zuſtet und geburt und aller dieſer vorgeſchrybener ding zu eynem waren gezugkniſs haben wir *Emich* unnd *Bernhart* gebrudere obgenant unſer yeder ſyn eygen Inſiegel mit gutem wiſſen an dieſen brief thun hencken und wollen uf den obgenanten willen unſerer Bruder ſeligen und unſer das dieſe Inſtitution ewiglich unwidderrufflich alſo und wie obſtet jn jrem beſtande verliben ſoll und zu merer beueſtigunge dieſer Ding mit Flyſs bitten laiſſen den Erwirdigen In Got vatter herrn *Niclauſen* Abt zu *Schonauwe* das er als eyn paſtor der Kirchen zu *Durickeym* darunder dan die obbeſtymbt Capell zum *Huſen* als eyn filial begriffen iſt, Sollich Inſtitution und ſtifftung der obgemelten nuwen pfrunden verwilligen und ſyn Inſiegell auch an dieſen brief hencken woll, Des wir *Niclaus* Abt Itz genant unns erkennen das wir den guten furſatz der Edeln und wolgebornen graue *Emichs* und graue *Bernharts* von *Lyningen* gebrudere unſer gnedigen

gen lieben herrn obgenant auch merung des Gots dinſt dor zu wir als vil an uns iſt geneigt ſyn ſollen angeſehen und daruf ſoliche ſtiftunge der obgemelten nuwen pfrunde verwilliget und zugelaiſſen und haben des zu urkunde unſer Abtyen Inſiegel doch uns und unſern nachkomen auch unſern pferrer zu *Durickeym* und ſynen nachkomen an unſern und unſer yedes rechten und gerechtigkeyten unabbruchlich und gantz unſchedlich auch gehenckt an dieſen Brief der geben iſt uf dinſtag den achten nach der heyligen dryer Konige tag in dem jar als man ſchreybe nach der geburt Criſti Duſent vierhundert nuyntzig und funf Jar.

13. Jan.

L.

CONFIRMATIO PRE INSERTE FUNDATIONIS ET DOTATIONIS NOVI BENEFICII ZU DEN HUSEN.

G*eorgius de Gemyngenn* utriusque juris doctor prepoſitus eccleſie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam inter alia noſtri archidiaconatus officium tangentia hoc quaſi potiſſimum eſſe dinoſcitur ut ea que divini cultus augmentum populique Chriſtiani devotionem reſpiciunt verbo ſtudeamus & opere favorabiliter providere ineffabilia quoque glorioſe virginis Dei genitricis Marie meritorum

insignia devota considerationis indagine perscrutantes & intra nostre mentis archana revolventes quod ipsa castissimo eius utero prout nostri status exigebat necessitas humane salutis auctorem protulit & apud eum quem maternis lactavit uberibus sedula pro nostre fragilitatis expiatione preces effundit dignum quin potius debitum reputamus ut ea que ob sui nominis laudem & excellentiam rite ordinantur ut perpetuam obtineant roboris firmitatem nostre ordinarie autorisationis presideo solidemus sane igitur exhibitis nobis pridem litteris fundationis dotacionis & erectionis novi beneficii sacerdotalis ad altare beate Marie Virginis in Capella *zu den Husen* nuncupata in valle subtus monasterium *Limpurck* infra limites parochialis ecclesie loci *Durckeym* Spirensis Diocesis & sub nostro archidiaconatu sita quibus presentes nostre litere sunt transfixe fuimus pro parte generosorum nobiliumque dominorum *Emichonis* & *Bernhardi* Comitum *in Lynningen* & *in Dagspurck* &c. Germanorum dicti novi beneficii erectorum fundatorum atque dotatorum debita cum instantia requisiti quatinus eiusdem novi beneficii institutionem fundationem erectionem dotationem nec non omnia & singula in dictis fundationis & institutionis literis contenta auctoritate nostra ordinaria ut archidiaconus loci ratificare approbare & confirmare nec non discretum *Henricum Kirchenstein* de *Durckeim* clericum Spirensis Diocesis ad Idem novum beneficium investire & instituere dignaremur Nos igitur *Georgius de Gemyngen* doctor & prepositus prefatus de pa-

patrocinio gloriosissime & intemerate Virginis Marie singulariter confidentes ad ea que in eius laudem & honorem ad placandum pro humani generis salute unigenitum eius filium Dominum nostrum Jesum Christum rite ordinantur nostre mentis oculos cordiali desiderio affectanter flectimus ac pio instituentium proposito favorabiliter ut decet annuentes institutionem dotacionem & erectionem nec non fundationem dicti novi beneficii omniaque & singula in predictis dotationis & erectionis literis contenta auctoritate nostra ordinaria ut archidiaconus loci ratificandum approbandum & confirmandum nec non prefatum *Henricum Kirchenstein* clericum nobis ad idem novum beneficium legittime presentatum & coram nobis personaliter constitutum recepto primitus ab eo obediencie & alias solito & consueto juramento ad id ipsum novum beneficium investiendum & instituendum sibique de eodem providendum duximus prout respective ratificamus approbamus confirmamus investimus instituimus & providemus per presentes Mandantes in Christo nobis dilecto Decano Capituli sedis ruralis in *Ugelnheim* dicti nostri archidiaconatus & aliis quorum interest quatinus sub obediencie nobis prestite debito accedentes quo & ubi propterea fuerit accedendum prefatum *Henricum Kirchenstein* sic ut premittitur per nos investitum vel procuratorem suum legitimum pro eo & eius nomine in & ad dicti novi beneficii juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem Corporalem realem & actualem possessionem inducant facientes si-

bi de univerſis & ſingulis ipſius beneficii fructibus Cenſibus & redditibus proventibus juribus & obventionibus ab omnibus quorum intereſt plenarie & integre reſponderi, nec non a dicti Capituli confratribus & Concapitularibus in confratrem recipi & concapitularem adhibitis ſolempnitatibus in hijs fieri ſolitis & conſuetis in quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas per Notarium publicum ſcribamque noſtrum infraſcriptum exinde fieri noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto Die vero jovis ultima menſis Aprilis.

30. Apr.

LI.

INSTITUTIO ALTARIS SEU PRIMISSARIE B. MARIE V. IN VILLA HOHENSTAT.*

In Nomine Domine Amen. *Johannes de Lutterburg* Licentiatus in Decretis Reverendi in Chriſto patris & domini domini *Rabani* Dei gratia Epiſcopi Spirenſis in Spiritualibus vicarius generalis & ad ſubſcripta ſpecialiter deputatus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris preſentes

* Hohenſtat ſuperius cum inferiori ſubjacet Archidiaconatui Majoris in ſede Decanali Wiler ſub Rippurg.

tes literas inſpecturis cum notitia ſubſcriptorum ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Cum diſcreti in Chriſto nobis dilecti *Henſelinus Zeyszolff* civis Spirenſis & *Dyna* eius uxor legitima pre oculis habentes & ad intima ſuorum cordium revolventes quod non habemus hic manentem civitatem ſed revera de hac vita miſerabili ſumus tranſituri, nec plura de hoc mundo quin opera que conceſſimus nos ſequuntur & quod propter hoc diem tribulationis noviſſime neceſſarium eſt bonis operibus & elemoſinarum largitionibus prevenire ſumme etiam conſiderantes ac piis & ſalubribus conſiliis moti precogitantes, quod nichil Deo Laudabilius quin aſſidua miſſarum & officiorum celebratio divinorum, Volentes igitur ut in Eccleſia parochiali ville *Hobeſtat* ſuperioris Spirenſis Dioceſis cultus divinus augeatur & gratia divina ſalubriter illuſtrati, ad honorem & laudem omnipotentis Dei eiusque matris Virginis Marie & omnium ſanctorum nec non ob ſuorum & ſingulorum eorum progenitorum animarum ſalutem & in peccatorum ſuorum remiſſionem beneficium novum ſeu primiſſariam perpetuam de bonis ſuis ſibi a Deo collatis & infra ſpecificatis in altari dicte glorioſe Virginis Marie ſito in eccleſia parrochiali ville *Hobeſtat* prefate accedente ad hoc voluntate & conſenſu diſcreti viri Domini *Limonis Stange* paſtoris ejusdem Eccleſie in modum & formam infra notatos fundandum dotandum & de novo erigendum duxerunt ſub hac forma videlicet quod dictus *Johannes Zeyszolff* ad tempus quo ſupervixerit ipſum conferre habebit

bit poſt ejus obitum advocatus in *Luterburg* qui pro tempore fuerit cum conſilio Epiſcopi Spirenſis pro tempore exiſtentis ipſum beneficium perpetuis temporibus conferre habeant & ad ipſum actu ſacerdotem aut talem qui infra annum a tempore inſtitutionis comparandum ad ſacerdotium poſſit promoveri Archidyacono loci preſentare ad inveſtiendum & inſtituendum de eodem infra tempus a jure ſtatutum debebit quodque inveſtitus de ipſo beneficio teneatur ſingulis ſeptimanis quattuor miſſas abſque tamen plebani dicte Eccleſie dampno & prejudicio qualicumque in dicto altari celebrare ſub pena unius octalis modij filiginis quod jurati ſeu procuratores dicte eccleſie tociens quociens dictus beneficiatus unam predictarum miſſarum neglexerit Dominica die ſequenti vel quando ipſis videbitur oportunum in panibus inter pauperes diſtribui faciant contradictione cujuscunque non obſtante niſi cauſa rationabilis obeſſet quin exprimere teneatur, eidemque plebano in divino officio diebus dominicis & feſtivis in cantando & legendo aſtare Ipſumque tempore neceſſitatis in porrigendis ſacramentis eccleſiaſticis fideliter juvare debebit ſine contradictione, cum tamen alias legitime non fuerit prepeditus & cauſas habeat rationabiles excuſandi ſe de premiſſis, atque in dicto beneficio reſidentiam faciat perſonalem quam ſi non faceret & a dicto beneficio ſe abſentaret, tunc jurati ſeu procuratores dicte Eccleſie in *Hobenſtat* hujusmodi beneficii fructus & redditus quoscunque totaliter levabunt & id quod ultra mer-

ce-

cenarium superstiterit ad augmentum dicti beneficii totaliter per eosdem notorie convertatur tam diu & quousque dictus beneficiatus residenciam curaverit facere personalem voluerunt insuper dicti instituentes ut investitus de eodem beneficio nullum alium beneficium quodcumque per quendam vel alias habeat seu recipiat neque de aliquo alio beneficio se aliquatenus intromittat, sed solum huic beneficio deserviat & satisfaciat ut premissum est, quod si secus fecerit, per Episcopum Spirensem pro tempore existentem vel eius Commissarium dicto beneficio privetur & alteri persone ydonee infra mensis spatium legitime conferatur, dummodo a collatore ipsius beneficii fuerit requisitus, ad quam quidem primissariam discretum virum *Jodocum Fabri de Landaw* presbiterum de consensu & voluntate supradictorum fundantium auctoritate supradicti Domini nostri Episcopi - - eligimus & de eodem beneficio providimus nec non presentibus in Dei nomine investimus mandantes & dicta auctoritate districte precipientes in Christo nobis dilecto Decano sedis Ruralis in *Odenkoben* quatinus prenominatum *Jodocum* ad dictum beneficium & ad ejus corporalem realem ac omnium jurium & pertinentiarum ejusdem possessionem inducat sibique de fructibus redditibus proventibus Juribus censibus & obventionibus universis dicti beneficii integre ab omnibus quorum interest vel Intererit faciat responderi adhibitis circa hec solempnitatibus debitis & consuetis. Ad hec voluerunt dicti fundatores quod defuncto dicto *Jodoco* supra-

ſupradictum beneficium in Chriſto nobis dilectis *Johanni Brechteln* & *Henrico Brechtel* clericis dicte diocefis ſucceſſive conferatur ita videlicet quod js cui id ipſum ut ſic collatum fuerit & de ipſo fuerit inveſtitus nihil de fructibus & redditibus ipſius beneficii habebit, nec aliquid de eisdem recipiat quousque in ſacerdotem fuerit promotus, ſed omnes & ſinguli fructus & redditus pretacti ultra id quod mercenario qui medio tempore illud officiaverit qui ſimiliter quatuor miſſas in qualibet ebdomoda in dicto altari legere tenetur, debebitur, in augmentum reddituum dicti beneficii realiter convertantur, & poſtquam unus ex dictis duobus cui pro tempore de eodem beneficio proviſum fuerit in presbiterum promotus extiterit reſidentiam perſonalem in loco predicto apud dictum beneficium faciat & dictas quatuor miſſas celebret, atque ad omnia alia & ſingula ſupra ſpecificata exiſtat obligatus, nobisque pro tempore dictorum fundantium extitit devotiſſime ſupplicatum quatenus ſupradictum beneficium ſeu primiſſariam antedictam & ejus fundationem dotationem & ordinationem & erectionem antedictas auctoritate ordinaria prefati domini noſtri Epiſcopi approbare & confirmare dignaremur. Nos igitur preſentibus eorundem fundantium & dotantium annuentes ac pium ipſorum propoſitum conſiderantes, cum juſte & rationabiliter petentibus conſenſus non ſit denegandus ſupradictas fundationem dotacionem ordinationem & erectionem auctoritate ſupradicta nobis in hac parte commiſſa approbamus & auctori-

zamus

zamus, ipſum beneficium in omnem modum & formam ut premiſſum eſt ad Laudem Dei & ejus nominis cultum ac divini officii ampliationem effectualiter confirmamus per preſentes, bona vero & redditus per ſupradictos *Henſelinum* & ejus uxorem ad dictum beneficium tradita & aſſignata in vulgari ſpecificata ſunt hec. Primo *uff dem nyderfelde gen dem walde oder dem Buſche* ein morgen ackers nyden an ſant *Katherinen* und oben an den herrn vonn *Heimbach* Item ein zweyteil ackers zwiſchen den herrn von *Heimbach* und *Roerbechers Kinden* und *zuhet uff den Hawphadt* Item off dem *Obernfelde gein dem Buſche* ij morgen ackers zuhet uff die *holtz wieſen* niden an *peter Grewel* und oben an *Katherin Walheimerin* erben Item ein Zweytel ackers zuhet uff die herrn von *Uſſerſtall* und nyden an *Heintz Walheimers* erben und oben an den herrn von *Heimbach* Item iiij virteil ackers zwuſchen den herrn von *Uſſerſtall* und ziehent uff die herrn von der *Nuwenſtat* gen dem *Tufelsgraben* Item iiij virteils ackers nyeden an ſant *Gorgen* und oben an den von *Uſſerſtal* by Tufelsgraben Item iij morgen ackers zwuſchen den herren von *Uſſerſtal* und ziehent uff die *Spiererſtraſs* und der zegent ij morgen nit Item vij virteil ackers nyden an den herrn von *Uſſerſtal* und oben an *Craft Snydern* und ziehent uff den phadt gein *Oſſingen* Item ein zweyteil ackers nydenn an denn herrn von *Heimbach*, und oben an *Cantz Halboue* unnd ziehent uff die bache Item uff dem *Obernfelde* naher dem bruche uſerhin v. virteyl ackers zuhent zwuſchen den herren

von

von *Heimbach* und ziehent uff die herren von der *Nuwenstat* an dem wege Item ein virteil ackers niden an *Ebelinskinde*, Item v. virteil zwuschen sant *Michel* und *Ebelins Kinde* und ziehent uff die xx morgen der herrn von *Ussersal* Item j. morgen ackers nyden uff der *Hartmuder Kinde* und oben an *Klein Endris* Item j morgen ackers niden an denn herren von *Usserstal* und oben an der *Hartmuden Kinde*, Item j morgen ackers neben den herren von *Heimbach* xj morgen uff ein syt uff die ander syt neben der *Gunthern* Item ij morgen ziehent uff der herrn von *Usserstal* xx morgen zwuschen sant *Katherin* und *sitegel Lauckbein* Item iiij virteil ackers osterlanges zwuschen den *Gunthern* und *Klein Endris*. Item ein virteil ackers oben an sant *Kathe-rin* zuget uber den weg der jnn das bruche get Item j morgen ackers oben an den herrn von *Heimbach* und nyden an den herren von *Usserstall* uff dem *Mittelbohel* Item ij morgen ackers ziehent uber den *Odesheymer* wegk uffen an den herren von *Heimbach* und jnnen an der *Gunther Kinde* Item j morgen ackers ein anwender nyden an der *Gunther* und oben an der herren von *Usserstal* Item j. zweyteil ackers gelegen in den xx morgen der herren *von Usserstall* und ziehent uff denn *Lengenfeldergraben* Item j morgen ackers uff dem *Rosberge* zuhet uber den weg der jnn das bruche geet, uff hin an den herren von *Heimbach* Item ein zweytel ackers uff die *Rosberg* oben an der *Gunthern Kinde*, Item uff dem nydern felde gen dem bruche uff dem *Rossberg* iij morgen ackers zwuschen den herrn von *Heim-*

bach

bach Item ij morgen ackers ushin an den herrn von *Usserstall* ziehent, Osterlanges Item j morgen ackers zwuschen den herrn von *Heimbach* und *Rorbergers Kinden* und zuhet in das *Hinterbruche* Item j morgen ackers zuhen uff die *Bocken eyrode* nyden an der *Enseln* Item ein zweyteil ackers zuhet in die *Lengenfelt* nyden an *Heintz Wolleymers* erben Item j morgen ackers zuhet uff *Nyderhochestetter* marck, hie diessyte des *Lengenfelder grabens* Item ein virteil ackers in der *Wirkelsmure* ziehet uff die herrn von *Usserstall* Item ein zweytell ackers zihet uff denn *Mittelbohel* oben an sant *Katherinen* Item ein zweyteil ackers zwuschen den herrn von der *Nuwenstat* und *Rorbacherskinden* Item ij morgen ackers ein *Anwender* uff dem *Mittelbohel* neben den herrn von *Usserstall* Item funfthalb virteil ackers zuhent uff den *Bruchweck* zwuschen den herrn von *Heimbach* und *Siegellanckben* Item ein zweytel ackers zwuschen den herrn von *Heimbach* und *Rorbecherskinden* und ziegent uf die herrn von *Usserstall* xx morgen diese guter gebent xxj. heller ein pfarr und ein virntzel an ein malter speltzen armen luden als das Selbuch uffwiefet Item j morgen wiessen in den *nidern boltzwissen* zwuschen *Roerbecherskinden* und *Krafft Schnider* Item j morgen wissen uff der queirs. zwuschen den herrn von *Usserstall* und *Peter Prewel* ziehent uff die *Nyehoff* Item j morgen wysen in *Nyderhobenstetter* marck zuhet ubir den Nuengraben zwuschen den herrn von *Heimbach* Item j morgen wissen in *Niderhobenstetter* marck oben an *Heroltzgraben* zuheet uff die *Kleinqueich* Item ½ holtzrecht

recht in *Oberſtetter* buſche ſequuntur bona ſituata in ſuperiori campo primo uff dem *Oberfelde* naher dem bruch Uſſen vij morgen ackers uſwendig des *tgals* und jnwendigk *Clauſſ Rinckenberg* und den herrn von *Heimbach* Item uff dem *Nyderfelde* gen dem walde naher *Zeyſicken* iiij morgen ackers oben an *Anthonen* und nyden an *Heintz Bosher* Item uff dem *Oberfelde* gen dem walde j morgen nyden an den frauwen zu ſant *Lamprecht* driſſigk morgen der gibt j malter Speltz gen *nyder Hohenſtat* arme luden, Item j morgen ackers niden an *Oſſinger* marck zwuſchen unſer frauwen uff beyde ſyt Item j morgen ackers ziehet herin gen *Oſterborn* zwuſchen ſant *Katherin* zu beyden ſyten j morgen ackers ziehet uff der herrn von *Uſſerſtall* xx morgen uſſen an der herren von *Heimbach* xj morgen Item j morgen ackers zieget uf den *Odesheimer* wegk oben an Muten Item ix virteil ackers nyden an ſant *Michel* zuhet uff den *Widwen* vj. morgen. Item j morgen ackers obenan den herrn von *Heimbach* zuhet uber denn greſſerten weg Item ½ virtel uff dem Mittelbohel niden an *Clauſſ Rinckenberg* und oben an der Witwen Item j morgen ackers uff dem *Roſberg* und ziehet in die *Lengenfelt* oben an der herren von *Uſſerſtall* iiij morgen Item j morgen ackers an der herrn von *Heimbach* xx. morgen ziehet gen der Lengenfelde Item j morgen ackers lit an den vij virtel uf unſer frauwen und ziehet uff der Witwen vj morgen Item uff dem felde naher dem buſch j morgen ackers nyden an den herrn von *Uſſerſtall* und zuhet uff der Witwen vj morgen Item j morgen

gen ackers oben an den herrn von *Usserstall* und zuhet uff die holtz gewand Item ij morgen ackers hinder dem bild. Item j morgen ackers neben Muten ziehent uff den pfadt Item v. virtel ackers in der *Nyderbobenstetter* marck neben der *Rydigern Kinden* ziehet uff der *Oberbobenstetter* marck Item v virtel ackers uffwendig des thals nyden an den herrn von der *Muwenstat* Item iij morgen ackers in *Nyderbobenstater* marck niden an der *Gunthern* & hec comparaverunt prenominati conjuges tria jugera pratorum sita juxta flumen *Queich* nuncupatum tendentia ad nemora infra dominos de nova civitate & a parte superiori ad heredes quandam *Rorbechers* pro sexaginta florenis auri ad dictum beneficium perpetue pertinentia volentes etiam & statuentes quatinus census reemibiles ad dictum beneficium spectantia super quibus literas habentur speciales ad librum animarum dicte Ecclesie integre & specificate conscribantur & quotienscunque eosdem reemi contingerint quod jurati seu procuratores dicte ecclesie eandem summam reemptionis in usus dicti beneficii una cum consilio & voluntati ipsius beneficiati quantocius poterint fideliter convertant absque fraude & dolo quibuscunque. Ut autem fundatio & dotatio ac bonorum pretactorum incorporatio rate & firme permaneant & imposterum propter temporis diuturnitatem a memoria hominum non recedant presentes literas conscribi & nostri sigilii quo ad presens utimur appensione fecimus communire Datum & actum Spire in curia habitationis nostre anno Domini millesimo

 qua-

quadringentesimo vicesimo die vero prima mensis Maij.

LII.

INSTITUTIO ALTARIS S. JODOCI IN SCHEID.*

In Nomine Domini Amen. *Wigandus Triere* Canonicus ecclesie sancte Trinitatis Spirensis Reverendi in Christo patris & domini domini *Rabani* Dei gratia Archiepiscopi Treverensis administratoris ecclesie Spirensis in spiritualibus vicarius generalis & ad subscripta deputatus universis cristi fidelibus ad quos presentes pervenerint salutem in Domino sempiternam. Considerantes quod bone res dure Consilium presentis vite affert subsidium & eterne munerationis cernitur premium expectare, cupiensque propter hoc in ecclesia parochiali ville *Scheidt* Spirensis diocesis cujus quidem ville cum hominibus & aliis pertinentiis suis ad dictum dominum nostrum administratorem & ecclesiam suam Spirensem pleno jure dinoscitur pertinere cultum divini nominis augmentari, beneficium sacerdotale de novo per Dominum *Nicolaum Ottel* plebanum & juratos dicte ecclesie ac alias incolas dicte ville *Scheide* de bonis sibi a Deo collatis & certis censibus in libro animarum ibidem & certis alijs literis & munimentis conscriptis ad valorem

* Sub Archidiaconatu Majoris & Decanatu Weissenburgensi.

rem triginta florenorum vel citra ſe extendentibus in ſuorum & predeceſſorum ac ſucceſſorum ſuorum nec non omnium criſti fidelium vivorum & mortuorum remedium & ſalutem In prefata eccleſia parochiali ſuper altari ſancti Jodoci Confeſſoris fundatum & dotatum ad dictorum fundatorum humiles & inſtantes preces tenore preſencium auctoritate dicti domini noſtri adminiſtratoris Eccleſie Spirenſis ordinaria nobis commiſſa in Dei nomine confirmamus ſub modis inferius annotatis videlicet quod hujusmodi beneficii collatio ad prefatum plebanum & juratos dicte eccleſie in *Scheide* & eorum ſucceſſores perpetuis temporibus conjunctim ſpectare debebit qui ad hujusmodi beneficium quociens illud vacare contigerit actu presbiterum vel talem qui infra annum a tempore collationis ſibi facte in presbiterum ordinari poſſit & debeat Archidiacono loci pro tempore exiſtenti preſentare debebunt ad inveſtiendum de eodem quodque taliter de beneficio dicto inveſtitus tres miſſas ſingulis ſeptimanis teneatur & debeat ceſſantibus tamen excuſatione canonica & legitimo impedimento ſupradicto altari ſancti Jodoci celebrare ac plebano ibidem & divinis officiis legendo & cantando dominicis & feſtivis diebus aſtare & eundem tempore neceſſitatis & debilitatis ſue ac ipſius plebani abſentia dum fuerit requiſitus in ſacramentis eccleſiaſticis miniſtrandis fideliter juvare teneatur ad quod quidem beneficium de preſenti in criſto nobis dilectum *Henricum* Comitem de *Dorenckein* presbiterum Spirenſis dioceſis auctoritate dicti domini

noſtri Spirenſis elegimus & ei de eodem benefitio providimus & tenore preſentium providemus mandantes in Criſto nobis dilecto Decano capituli ſedis ruralis in *Weſſenburg* quatenus prefatum *Henricum* ad dictum novum beneficium & ad eius realem & corporalem poſſeſſionem inducatis ſibique de fructibus redditibus cenſibus proventibus juribus & obventionibus univerſis dicti beneficii integre ab omnibus quorum intereſt faciatis reſponderi adhibitis circa hoc ſolemnitatibus debitis & conſuetis. ut autem fundatio & dotatio preſcripte noſtraque hujusmodi confirmatio rate & firme permaneant ac propter temporis diuturnitatem a memoria hominum non recedant preſentes noſtre confirmationis litteras deſuper ſcribi & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum anno Domini milleſimo quadringentiſimo ſexto die prima menſis Septembris.

LIII.

INSTITUTIO BENEFICII IN OEDISHEIM. (*)

Wir *Philips* von Gotdes gnaden Apte des ſtifftes zu ſant peter zu *Wiſſemburg* ſant benedicten orden Spirer Biſtums bekennen und thun kunt offenbar mit dieſem brieffe das wir mit helfen

fen

(*) Vide ſuo tempore ſequentem Tomum Subſidiorum decimum, qui Oedesheim ſuperius & inferius ſub Archidiaconatu Eccleſiæ Majoris & Decanatu Wiler ſub Kippurg ſiſtet.

ſen unnſer undertanen und lieben getruwen der Kirchen geſworn gemenlichen unnſers dorffs zu *Odesheym* jn lobe Gottes des almechtigen Ere der Konigin Marien ſiner lieben mutter auch ſant Valentin ſant Anthonien ſant Barbaren unnd alles hymelſchen heres etzliche jarzale her zu ſammen brachte unnd gekaufft han uff nemlichen ligenden guttern unnd underpfanden jme jerliche gulte unnd ſumme die ſich jerlichs trifft an driſig gulden gelts gemenlicher und gewonlicher achtungen in dem ſelebuch der pfarrkirchen zu *Odesheym* von ſtucke zu ſtucke eigentlichen beſchrieben Die wir gern bewendet unnd beſtediget hetdent an die vorgeſchrieben pfrunde und altar derſelben pfrunden jn der obgemelten pfarrekirchen gelegen, alſo das ein fruhemeſſer deſſelben altars dem dan ſoliche pfrunde zu zytten geluhen wirt eins iglichen jars alle wochen drij tag fruhemeſſe morgens fur tag phlichtig unnd verbunden ſy unnd ſin ſolle zu thunde Eſwere dan das er merglicher urſachen halb daran gehindert wurde unnd die nit gethun mochte ungeuerlichen auch das ein fruhemeſſer zu zijtten nach dem unnd dieſelb pfrunde beſtetiget jme geluhen unnd er dar jne geſatz unnd inveſtieret wirt nach uſſgang der hienach geſchrieben jare ſine wonunge unnd behuſinge uff derſelben pfrunden habe dieſelbs beſitze unnd beſinge und einem pferrer der zu zytten iſt in der obgenanten pfarrkirchen mit ſingen leſen und andern geiſtlichen zulegungen hilffe unnd ſtüre thue als das jn andern pfarrkirchen recht unnd gewonheit iſt auch ungeuerlichen

unnd uff das dieselbe pfrundt In künfftigen zytten an jrer gulten unnd renten gemeret unnd nit geminret werde so haben wir fur das ein pferrer unnd kirchengesworn der obgenanten pfarrkirchen folliche rente unnd gulten der obgemelten pfrunden uffschopfen sollen ein jarzale mit namen achte jare lang die nesten alsso doch das die obgemelten dry messen alle wochelichs dovon bestalt gelesen unnd das uberige zusammen Ingeleget unnd nach uffgange derselben jare an mee und ander gulten derselben pfrunden bewant und gekeret werden domit unnd daran die pfrunde habende unnd versorget sie noch notturfft sunder alle geuerde. Auch also weres das ein Frümesser zu zytten derselben pfrunden daruff personlich nit fesse unnd sin wonung hetde als fur underscheiden ist, das als dan die obgemelten der pfarrer und Kirchengeschworen von allen derselben pfrunden Renten dry frümessen zuuor us bestellen unnd das uberige uffschophen sollen und an der pfrunden nutze bewenden so lang unnd also viele derselbe fruhemesser do von ist, auch one geuerde unnd wann nün wir ein mit unsern undertanen vorgenanten gefallens haben noch dem wir selbs billich geneiget sin Gotdeslob und dienste zu meren so han wir fur uns und unsere nachkommen Epte unsern gunste willen und verhengnisse zu stifftunge unnd begabunge der egnanten fruhemesse unnd pfrunde auch mit wissen und willen unnd verhengnisse herr *Dielmans von Cassell* zu diesser zytt pfarrer der egenanten pfarkirchen mit rechter wyssen gegeben unnd geben

ben auch alſo jn crafft dieſs brieffs und heruff ſo batten wir den wirdigen herrn *Ulrichen von Helmſtatt* Lerer in geiſtlichen geſchriben rechten und dhumprobſte zu Spier, das er diſſe vorgeſchriben pfrunde von ſines ampts weigen confirmiren und beſtettigen wolle wie das dan jm rechten allerbaſt crafft und macht hatt beſteen ſoll und mag alſo doch das die perſone der wir oder unſer nachkommen dieſelbe pfrunde zu zitten lihen werden unnd der lihunge wir auch uns und unſer nachkommen Epten Herjnne gentzlichen behalten unnd uff das ſo haben wir dieſelbe obgenante pfrunde geluhen und lihen die mit dieſem brieffe dem Erbern *Michel Swebel* Snyders ſone von landaw durch Gotdes willen und bitden mit jme und fur jne den obgenanten herrn *Ulrichen* dhumprobſte oder ſinem official wer dan darinne zu bitdende iſt das er jne daruff beſtetigen Inueſtieren und jme zufugen wolle was ſiner wirdekeit dar jne zu thun zugehoret und zugeburet jm rechten unnd des zu waren urkunde ſo haben wir *Philips* apte vorgenant von unſern und unſer undertan der kirchen geſworen obgnanten wegen unſer aptien Ingeſiegell thun hencken an dieſen brieff und ich der obgnant *Dielmannus de Caſſell* pferrer genanten pfarrekirchen bekenne mich auch offentlich an dieſem brieffe das diſſe vorgeſchrieben ſtifftigung und begabunge der obgemelten pfrundten wie dauor clerich begriffen iſt mit mym gutten willen wiſſen und verhengniſſe zu iſt gangen und beſcheen. Und habe des auch zu urkunde myn Ingeſigel by dis vorgnant myns gne-

dichgen herrn von *Wissemburg* Ingesiegel an diesen brieff gehangen Der gebeh ist als man zalt nach Cristi gepurte thusent vierhundert vierzig und sieben jare uff sant Urbanus tag des heiligen Babstes &c. 25. Maji.

LIV.

CONFIRMATIO BENEFICII IN OEDESHEIM.

U*dalricus de Helmstat* Decretorum doctor Prepositus Ecclesie Spirensis ad perpetuam rei memoriam cupientes in universis nobis subjectis ecclesiis & pijs locis divinum cultum nostris temporibus decenter & honeste, ut congruit, augeri, & ad hoc potissime nostra mens versatur & intentio ut personis divinis assidue insistentibus obsequijs pro sue sustentacionis competencia congrue subministrentur facultates. Sane venerabilis in Christo Pater & Dominus D. *Philippus* Abbas monasterij sancti *Petri* in *Wissenburg* ordinis sancti *Benedicti* Spir. Dioc. nobis sua peticione monstravit, quod cum ipse cum assistentia plebani & juratorum parochialis ecclesie ville *ödesheym* sub pleno jure directi dominij sujectorum nostri Archidiaconatus in honorem omnipotentis Dei Beatissimeque Genitricis ejus *Marie* virginis sanctorum *Anthonij*, *Valentini*, *Barbare* patronorum & omnium sanctorum quoddam altare atque primariam in parochiali ecclesia predicta construxissent instituissentque & proprijs suis

ſuis bonis & ſtipendiis adeo dotaſſent ac indies dotare molirentur, quod capellanus pro tempore ejusdem altaris ſive beneficij ex fixis & firmis redditibus inpreſentiarum valorem triginta florenorum auri Renenſium bonorum legalium communi extimatione omnis ſingulis commode habere & de illis ſuſtentari poteſt, & prout eadem ſubjungebat peticio, ipſi cupientes hujusmodi beneficij redditus indies augeri, deliberaſſent fructus hujusmodi ad certos annos ſequeſtrari, ſic tamen quod non minus miſſe legende juxta tenorem ſue inſtitutionis dietim annis ſingulis legerentur prout & quemadmodum hec & alia in quadam littera inſtitucionis ipſorum Dominorum Abbatis & plebani impendentibus ſigillis roborata, cui preſens noſtra littera eſt transfixa, plenius dicebant contineri, quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus ad erectionem & dotationem ejusdem beneficij ſive altaris etiam noſtrum conſenſum adhibere illudque ex officij debito confirmare & diſcretum *Michaelem* filium dicti *Swebell de Landaw* clericum Spir. dioc. nobis per prefatum Dominum Abbatem ut & tanquam ordinarium collatorem ejusdem & ad quem collacio ſeu jus preſentandi pleno jure pertinere dinoſcitur juxta ipſius inſtitutionis littere vim formam & tenorem preſentatum inveſtire & inſtituere ad illud dirigamur, nos ipſius Domini Abbatis peticioni hujusmodi favorabiliter annuendum, pretactum altare ſive beneficium modo & forma premiſſis erectum dotatumque & inſtitutum cum omnibus & ſingulis clauſulis & capitulis in preſentis

inſti-

institutionis littera, cui presens est transfixa, contentis & descriptis confirmandum & approbandum, nostrumque consensum adhibendum ac prefatum *Michaelem* de eodem investiendum duximus jure plebani pro tempore dicte ecclesie semper salvo, ac confirmamus approbamus adhibemus & investimus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum pretacte littere institutionis transfixum presentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo feria sexta post Dominicam *Exaudi*.

26. Maij.

LV.

INSTITUTIO ALTARIS B. MARIE V. ET S. JODOCI IN GINSSHEIM. (*)

In Nomine Domini amen. cum res que in temporis fiunt cursu temporis vilescunt nisi literarum testimonio perhennentur hinc est quod nos officialis venerandi & egregii viri domini *Udalrici de Helmstat* decretorum doctoris prepositi Ecclesie Spirensis universis Christi fidelibus presentes nostras literas audituris seu quomodolibet inspecturis notum esse volumus per presentes quod pro parte discretorum virorum juratorum ecclesie nec non totius universitatis nomine ville *Ginsheim* Spirensis diocesis nobis devote fuit expositum qualiter ipsi dudum considerarunt in suis mentibus revolvere studuerunt pre-

(*) Sub Archidiaconatu Majoris & Decanatu Wiler.

presentem vitam non habere manentem civitatem sed revera de hac vita misserabili sumus transituri nec plura de hoc mundo quam pia opera per nos nostrisque temporibus gesta & commissa nos sequuntur. Et quod propterea diem novissime tribulationis bonis operibus necessarium sit prevenire, summe etiam considerantes quod nihil Deo laudabilius salutique animarum utilius ac inter singula divinorum officia jocundius quam crebra missarum celebratio, qua propter unam prebendam sacerdotalem sive primissariam in ecclesia parochiali ville *Ginsheim* predicte, & in altari sancti Jodoci ibidem in Omnipotentis Dei sueque sanctissime & intacte genitricis virginis *Marie* dictique sancti Jodoci & totius celesti exercitus laudem & honorem ipsorumque & aliorum suorum progenitorum & Christi fidelium defunctorum animarum remedium & salutem instituerint, fundaverint & certis modo & forma inferius specificatis erexerint eandemque cum nonnullis censibus redditibus & proventibus annuatim ad summam triginta florenorum Renensium & ultra se extendentibus dotaverint prout in literis sigillatis & registris desuper habitis & confectis plenius continetur. primo enim voluerunt & ordinaverunt predicti fundatores quod perpetuis futuris temporibus collatio sive Jus presentandi ad eandem prebendam quotienscunque ipsam vacare contigerit ad plebanum & juratos Ecclesie ville *Ginsheim* pro tempore existentes pleno jure dinoscitur pertinere, qui quidem etiam plebanus & jurati eandem primissariam ut sic vacantem alicui abili

&

& ydoneo presbitero aut qui infra annum in ſacerdotem valeat promoveri infra tempus a jure ſtatutum conferre & eundem memorato Domino noſtro prepoſito ſeu eius officiali pro tunc exiſtenti ad ipſum de eadem inveſtiendum & inſtituendum preſentare debebunt, ſi vero predicti plebanus & jurati collatores pro tempore exiſtentes ad eandem prebendam vacantem in diſcordia duas vel plures preſentarent perſonas, quod tamen fieri non debet, Ex tunc memoratus dominus noſter prepoſitus ac ſui in dicta prepoſitura ſucceſſos replenum habeant mandatum atque poteſtatem inter easdem perſonas predictas ut ſic in diſcordia preſentatas unam quam magis ydoneam ad hujusmodi beneficium obtinendum repererint & invenerint nominandi eligendi preſentationem ipſius confirmandi ac eundem ſine omni prefatorum collatorum ſeu quorumcunque aliorum contradictione & impedimento de eodem proclamandi Inſtituendi & inveſtiendi. Voluerunt inſuper prenominati inſtituentes quod quilibet beneficiatus in eodem beneficio futuris temporibus reſidentiam perſonalem faciat ac ſingulis ſeptimanis duas miſſas feriatis diebus in dicto altari ſancti Jodoci & ante ortum ſolis celebret ac plebano ibidem pro tempore exiſtenti fidelem & continuam in legendo & cantando & aliis divinis officiis peragendis aſtantiam faciat nec non ipſum beneficium ut ſic ſine omni eiusdem plebani ac matris Eccleſie ibidem prejudicio ſine dampno deſerviet & eidem ſatisfaciat quemadmodum in diſtricti judicis examine deſuper rationem reddere intendat. voluerunt inſuper

ſuper ſupra dicti inſtituentes quod ſi preſentatus ſeu poſſeſſor beneficii ſupradicti ſe ab eodem beneficio per ſex ſeptimanas vel ultra abſentaverit & reſidenciam perſonalem in eodem modo pretacto non fecerit, quod tunc mox & ad ſtatim ipſi collatores prenominati lapſo dicto ſex ſeptimanarum termino plenam habeant facultatem & mandatum, ad hujusmodi primiſſariam tanquam realiter & cum effectu vacantem denuo ſine omni contradictione cujuscunque quandam aliam preſentandi perſonam modo premiſſo ad hujusmodi beneficium regendum & obtinendum abilem & ydoneam quam quidem etiam perſonam & nos modo pretacto non obſtantibus quibuscumque in contrarium allegandis inſtituere & inveſtire tenemur, ſalvis ſolempnitatibus circa hijs debitis & conſuetis & dumodo hujusmodi primitus preſentatus & inveſtitus in reſidentia hujusmodi non fuerit rationabili & legitimo impedimento prepeditus dolo & fraude in hiis penitus ſecluſis & poſtergatis. Specificatio vero bonorum cum quibus beneficium hujusmodi dotatum extitit & de quibus ſupra mentio fit in hunc ſequitur modum primo domus cum curia orto & aliis ſuis attinentiis in villa *Ginsheim* ſituatis ab una, & inferiori parte penes quondam *beneſelinum* dictum *boner*, ac ſuperiori parte penes *bensbelinum* dictum *bubenroſſ* tendens cum una acie ad domicellum *Sifridum de Venyngen* armigerum. ſpecificatio vero pratorum hec eſt: primo unum juger pratorum ſituatum an dem ker tendens ad ſtratam ville ibidem ab una parte & ad prata der deuffel, ab alia vero parte

ad

ad agrum dicti *Peter hanmans* Item unum juger pratorum situm uff der Schnellharst ab inferiori parte domicellus *Sifridus de Venningen* ab alia & superiori parte circa rubum seu siluam communitatis ibidem dat censum videlicet quinque solidos hallenses alternatis annis plebano sancti Egidii Spirensis & tres solidos hallenses plebano ville *Ginsheim* Item dua jugera pratorum tendentia ripam Spirensem & den krummen wegk ab inferiori & superiori partibus prope Canonicos ecclesie Spirensis. Specificatio vero siliginum jrreemibilium talis est primo duo maldra siliginis cum dimidio de agris seu bonis sancti Jodoci in registro desuper confecto cum ipsorum confinibus contentis cedentia Item decem octavas siliginis perpetui census, quas dabit *Johannes* dictus *Walthauwer* de octo jugeribus agrorum situatis vulgariter uff ku webrucken ab inferiori prope viam molendini & penes der kleynen almen confrontati, ab alia latere penes *henselinum Fritz* Item unum maldrum siliginis perpetui census quod legavit dicta *Metz Emerich* & cedit de bono dicto das Kappel gut communiter Item duo maldra siliginis perpetui census cadentia de bono & sub pignoribus proxime pretactis que dabit *Hensel bubenros peter hanman & Cunzel heyd* Item tres octavas siliginis quas dabit dictus *Ertten Jukel* plebano ibidem unam octavam & primissario ibidem duas octavas de uno cum dimidio jugeribus agrorum tendentium vulgariter uber den spierdorffer wegk ab inferiori penes dictum *Kappen Jeckel* & ab alia & superiori parte prope heredes der bonern & ab uno Jugere agrorum in der

nuwen

nuwen Eckern penes dictum *Cuntz Spieſſel* tendens ab inferiori parte an den krumen Muelwegk cenſus autem annuales perpetui ſunt hij primo xij vntz heller werung, quos dabunt dicti die *Boner* & heredes quondam der Burgkhen de ſex jugeribus pratorum niden an dem theich in dem Rad & prope heredes dicti *Keruſs* tendentium cum inferiori parte vulgariter uff die Irgeng wyeſſen Item quindecim denarios perpetui cenſus quos dabunt heredes *der Boner* & quondam *der Bergkhen* de medio jugere pratorum ſito in dem duffwyſſen a ſuperiori parte penes dictum *hugs Ulrich* & ab inferiori circa dictum *hans bergckhen* Item de medio jugere pratorum ab inferiori penes dictis *hups Ulrich* & a ſuperiori circa *Marcum* dictum *Gerngroſs* in den dieffen wyeſſen Item tres ſolidos denariorum & tres denarios quos dabit *Jodocus Appel de Bebungen* Item novem ſolidos hallenſes dabit *clauſs Kaltſche* de domo & curia ſituatis ab inferiori penes curiam domicelli *Konhartwigs* & a ſuperiori penes curiam *Johannis Walthauwers* Item quindecim denarios dabit *Johannes* dictus *Ryneck* inſuper prefata prebenda cum diverſis pluribus aliis annuis penſionibus & redditibus reemibilibus in quibusdam regiſtris & literis deſuper confectis contentis ſe una cum cenſibus & redditibus pre inſertis ad ſummam triginta florenorum reſcriptam & ultra extendentibus extitit plenarie & cum effectu dotata atque fundata. hijs omnibus peractis extitit nobis pro parte prefatorum communitatis & juratorum ville *Ginsheim* ſupradictis humiliter ſupplicatum quatinus

 nus

nus erectionem fundationem & dotationem hujusmodi admittere & approbare ac auctoritate nostra ordinaria confirmare dignaremur. Nos igitur officialis prefatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam atque sancta affectantes etiam divinum cultum nostris augeri temporibus ordinationem fundationem & dotationem suprascriptam admittendam approbandam & confirmandam duximus Ipsamque auctoritate nostra ordinaria Laudamus approbamus & presentis scripti patrocinio confirmamus. In quorum omnium & singulorum evidens testimonium sigillum nostrum causarum presentibus duximus appendendum Datum Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto feria quinta que fuit vicesima dies mensis Augusti.

LVI.

INSTITUTIO NOVI BENEFICII BEATE MARIE VIRGINIS IN CAPELLA CONTIGUA LEPROSORUM IN LANDAW.*

In Nomine Domini Amen. *Conradus de Bergen* Licentiatus in Decretis Decanus Ecclesie SS:OO: Spirensis Reverendi in christo patris & Domini Domini *Syfridi* Episcopi Spirensis in spiritualibus vicarius

* Landavium sub Archidiaconatu Ecclesiæ Majoris Spirensis & Decanatu Herxheimensi. plura de eo Tom. X. Subsid. Dipl.

carius generalis & ad infra scripta specialiter deputatus universis Christi fidelibus salutem in eo qui est omnis salus. inter alia officia nostrum tangentia hoc quasi precipuum esse dinoscitur ut ea que divini cultus augmentum concernunt verbo & opere studeamus favorabiliter promovere & ut populum christianum jurisdictioni dicti domini nostri Episcopi subjectum ad hoc faciendum devocius incitemus, cum Itaque in Christo nobis dilecti procuratores domus leprosorum & infirmorum Opidi *Landawe* nobis proponere curaverint quod quidam Christi fideles propensius attendentes ac revolventes quod nihil Laudabilius sit a Deo acceptius quin crebra Missarum & divinorum officiorum celebratio terrena igitur in celestes thesauros commutare cupientes in honorem & Laudem Omnipotentis Dei ejusque genitricis virginis Marie & omnium Sanctorum nec non ob suorum & singulorum eorum progenitorum animarum salutem ad consolationem quoque & augmentum devocionis infirmorum leprosorum predicte domus accedente ad hoc consensu & promissione honorabilium & religiosorum dominorum & fratrum prioris & conventus cenobii ad Steigam opidi *Landawe* predicti de bonis eius a Deo collatis super altari capelle contigue domus predicte in honore sanctorum Johannis Baptiste Johannis Ewangeliste Laurentii & aliorum consecrato quoddam novum sacerdotale beneficium ad presens de redditibus quadraginta modiorum siliginis & viginti novem florenorum prout in literis instrumentis registris & manuali-

 bus

bus desuper confectis plenius continetur piis desideriis affectent erigendum fundandum duxerint sub modo forma & restrictionibus punctis conditionibus ac clausulis subscriptis Inprimis quidem quod collatio predicti beneficii quociens id vacare contigerit spectare vel pertinere debebit ad providos & circumspectos Magistros civium & consules opidi Landawe predicti qui ipsum beneficium salvis subscriptis restrictionibus persone status clericalis seculari habiti & ydonee bone conversationis nullum aliud beneficium ecclesiasticum obtinenti sed quod habet eo prius ante investituram & institutionem hujusmodi presentis beneficio dimisso, actu sacerdoti aut qui infra annum ad sacerdotium promoveri possit valeat & debet conferre debent & ad investiendum loci Archidyacono infra tempus debitum presentare, qui quidem beneficiatus singulis in ebdomedis ad minus in dicta Capella per se nisi canonicum obstet impedimentum quatuor missas videlicet Dominica feria secunda sexta & sabbatho legere & celebrare teneatur & astrictus sit nisi aliquis patronorum ipsius altaris aliquam occuparet diem vel feriam tunc eadem die de patrono legere teneatur Et ad missam feria sexta vel Sabbatho celebrandam maneat irrestrictus, in ipsa etiam Dominica aquam & salem exorzizare debet & ipsa aqua infirmos aspergere festa sanctorum pronuntiare Pater noster & Ave Maria cum Simbolo predicere & cum generali confessione & absolutione ut moris est concludere ac habere memoriam omnium benefactorum domus & institu-

entium

entium beneficium predictum ac vivorum & defunctorum qui pro refectione infirmorum manus suas porrexerint adjutrices vel suas largiti sunt elemosinas Item feria secunda legere debet pro defunctis si festum non impedit & post offertorium se ad populum vertendo similem ut premittitur habere vivorum & defunctorum memoriam & commendationem quam feriam si festum impedierit, tunc alia feria scilicet sexta vel Sabbatho id faciat ita quod hujusmodi missa defunctorum cum memoria ac recommendatione scriptis nulla ebdomadarum ullatenus pretermittatur quarum missarum si unam vel plures in Ebdomoda neglexerit legendam vel legendas tunc pro qualitate neglectarum missarum procuratori domus pro tempore existenti irremisibiliter persolvende quatuor solidos denariorum monete currentis exoluat infra mensem cujusmodi negligentias accusare debent infirmi ac procuratori domus intimare qui procurator ab ipso beneficiato pro qualibet missa obmissa neglectam penam predictam petere & recipere debet ac alteri presbitero quotam competentem qui tot legat missas quot neglecte sunt dare residuum que & quod super est distribuere infirmis ad manus si vero beneficiatus penam hujusmodi neglectarum missarum dare recusaret tunc post duos menses immediate sequentes penam neglectam & accusationem predictas liceat procuratori domus quartam partem omnium fructuum ipsius beneficii tociens quociens auctoritate presencium sublevare ac in usus infirmorum distribuere ipse etiam bene-

 ficia-

ficiatus perſonalem reſidentiam in Opido *Landaw* omniaque predicta per ſe & non per alium niſi aliquod canonicum impedimentum aut cauſa legitima obſtarent faciat & ſufferat nec aliquam abſenciam de fructibus inde habeat cujuscunque indulto abſentia vel licentia deſuper obtentis, non obſtantibus & in caſu quo ipſe beneficiatus premiſſa omnia & ſingula non adimpleret aut per menſem aliud beneficium cum priori beneficio poſſideret ex tunc ad predicte domus leproſorum procuratoris querelam perpetuis futuris temporibus ipſe beneficiatus per Vicarium in Spiritualibus Spirenſem pro tempore exiſtentem ipſo beneficio privari poſſit valeat & debet exceptionibus quibuscunque utriusque juris editis & edendis non obſtantibus aut in contrarium facientibus, ad premiſſa tamen obſervanda honorabilem nobis in Chriſto dilectum dominum *Johannem Schepler* ad Idem beneficium jam electum noluerunt reſtringi ſed ſue commiſerunt conſcientie qui ad dictum beneficium quadraginta modios ſiliginis & decem florenos annue penſionis una cum eius matre donavit, quos quidem quadraginta modios ſiliginis & decem florenos annue penſionis prefate Matri ſue *Katherine* ſi eundem dominum *Johannem* ſupervixerit ad dies vite diſtribuendos & elargiendos auctoritate ordinaria reſervamus colligendos tamen per ipſum beneficiatum, adjecto quod ex tunc ipſe beneficiatus quamdiu ipſa *Katherina* vixerit ad tres tantum in ebdomoda obligatus ſit miſſas ſcilicet dominica ſecunda feria & tertia ad placitum, ea vero *Katherina* decedente ad onera ſupra dicta ſit

aſtri-

astrictus, post obitum vero predicti *Johannis Schepler* aut eius cessum decessum vel dimissionem ipsi fundatores elegerunt *Nazarium* filium *Nicolai Stefan de Odenkoben* post cuius decessum cessum vel dimissionem elegerunt *Jodocum Kaps* filium *Johannis Kaps* civis Opidi *Landawe* si supervixerint presentandum vel presentandos loci Archidiacono & investiendum vel investiendos quos similiter in Vacatione beneficii si in legitima etate ut ad sacerdotium promoveri non possint, constituti non forent ad premissa astringi noluerunt, dummodo tamen interim omnia & singula premissa per presbiteros seculares habiles & ydoneos id fieri procurabunt ac cum ad legitimam etatem pervenerint singula per se ipsos ut premittitur faciant & expedient alioquin si secus fecerint, penis premissis absque ulla exceptione & contradictione subjacebunt voluerunt etiam ipsi fundatores ut beneficiatus predictus ipsum beneficium in structura cultura ac bonorum conservatione fideliter conservet & cum diligencia deserviat fraude & dolo in premissis semotis prout Deo omnipotenti desuper voluerunt reddere rationem correctionemque nostram & successorum nostrorum divinam ultionem effugere volueruntque si divina gracia aliquorum Christi fidelium corda perlustraret qui pro augmento reddituum dicti beneficii aliqua legarent ex tunc cum census beneficii in summa decem florenorum seclusa summa prescripta videlicet quadraginta modiorum siliginis viginti novem florenorum tociens una missa prescriptis missis superaddi debet quam

 vel

vel quas ſi beneficiatus predictus in propria perſona legere non poterit per alium habilem & ydoneum presbiterum ſecularem id fieri procurabit In quibus quidem redditibus augmentatis duo maldra ſiliginis pro uno floreno taxari debent decreſcentibus vero redditibus propter hominum malorum malitiam aut alios caſus fortuitos, quod Deus avertat, quociens tunc valor decem floren. decreſceret, tociens una miſſa ferie ſexte vel ſabbati decreſcere debet dominicā & feria ſecunda in ſuo eſſe quamdiu fieri poterit duraturis. voluerunt inſuper, ut ſi aliquem cenſum ipſius beneficii reemi contigerit ex tunc preceptor domus ipſam pecuniam recipere debet & cum ſcitu & voluntate ipſius beneficiati pecuniam hujusmodi ad beneficii utilitatem exponere convertere & aliam penſionem emere tociens quociens neceſſarium fuerit & oportunum nobisque procuratores domus predicte leproſorum devotiſſime ſupplicarunt ut eandem erectionem fundationem & dotationem cum punctis clauſulis & reſtrictionibus predictis confirmare ratificare approbare & autorizare auctoritate ordinaria dignaremur nos igitur *Conradus* Vicarius prefatus predictorum ſupplicantium preſentibus favorabiliter annuentes ac pium propoſitum eorum & aliorum Chriſti fidelium ad predictum beneficium ſuas pias elemoſinas largiencium conſiderantes cum etiam juſte & rationabiliter petentibus conſenſus non ſit denegandus preſcriptam fundationem erectionem & donationem cum omnibus & ſingulis punctis clauſulis condicionibus & reſtrictionibus annexis &

appo-

appoſitis ſupradictis ratificamus roboramus approbamus ac ad laudem omnipotentis Dei & eius nominis cultum ac divini officii ampliationem auctoritate dicti domini noſtri Epiſcopi, qua in hac parte ſpecialiter fungimur, effectualiter confirmamus nec non *Johannem Schepler* ad beneficium predictum ut premittitur electum in Dei nomine per libri traditionem inveſtivimus preſentibusque inveſtimus & ſibi de eodem providimus & providemus mandantes vobis Decano ſedis in *Hergeſsheim* quatinus ipſum *Johannem* ad dictum beneficium in & ad eius corporalem realem & actualem Juriumque & pertinentiarum omnium eiusdem poſſeſſionem inducatis ſibique de fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus univerſis & ſingulis dicti beneficii ab omnibus quorum intereſt integre reſponderi faciatis adhibitis circa hec ſolemnitatibus in hijs fieri ſolitis & conſuetis. ut autem fundatio dotatio erectio augmentatio noſtraque hujusmodi roboratio ratificatio approbatio & confirmatio rate permaneant atque firme ac impoſterum propter diuturnitatem temporis a memoria hominum non recedant preſentes literas conſcribi fecimus & ſigilli noſtri appenſione communiri Datum & actum Spire in curia habitationis noſtre ipſa die Brictij Epiſcopi. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo.

13. Nov.

LVII.

INSTITUTIO ET CONFIRMATIO NOVI ALTARIS SANCTI NICOLAI IN ECCLESIA SANCTI MICHAELIS WISSENBURGENSI. (*)

Universis & singulis presentes litteras visuris lecturis pariter & audituris cujuscumque status dignitatis aut conditionis fuerint *Georgius de Gemingen* utriusque juris doctor prepositus ecclesie Spirensis salutem in domino sempiternam cum notitia subscriptorum indubitata inter cetera credite nobis cure hoc quasi potissimum esse dinoscitur ut ea que divini cultus augmentum Christianeque religionis zelum ac populum nostre presertim Jurisdictioni subiectum ad id frequentius incitandum respiciunt verbo studeamus & opere favorabiliter promovere, exhibita siquidem nobis nuper in Christo dilectorum procuratorum & juratorum ecclesie parrochialis sancti *Michaelis* Archangeli in suburbio opidi *Wyssenburgensis* expositio continebat quia altare ad honorem sancti *Nicolai* Episcopi in predicta ecclesia parrochiali sancti Michaelis erectum situm & consecratum piis Christi fidelium videlicet testamentariorum & executorum testamenti & ultime voluntatis quondam domini *Tilmanni Schett* plebani sancti Johannis dicti opidi *Wissenburgensis* ac de hinc pastoris in *Scheide* parochialium ecclesiarum etiam & de bonis ejusdem quondam *Tielman-*

(*) De hac parochia in Archidiaconatibus Spirensibus Tomo X. Subsidior. Dipl. edendis.

manni nec non parrochianorum prelibate ecclesie sancti *Michaelis* aliorumque supradicti opidi *wissenburgensis* incolarum & post hac discreti viri *Benedicti Grusse de wissenburg* clerici Spirensis diocesis inferius etiam denominati paternis bonis elemosinarum elargitionibus & donis annuos redditus triginta florenorum renensium in dicto opido *wissenburg* currentes & usuales valentibus & importantibus domo quadam ac uno duali vinearum cum suis juribus attinentiis & comprehensionibus prout in Literis registris & scripturis super redditibus domo & vinea predictis editis & confectis jn scrinio seu armario prefate Ecclesie sancti *Michaelis* repositis contineri accepimus dotatum & provisum existat ipsi in Omnipotentis Dei ejusque illibate genitricis *Marie* ac tocius celestis exercitus precipue etiam beati *Nicolai* Laudem honorem & gloriam ob suorum progenitorum successorum & benefactorum eorundem cunctorumque Christifidelium animarum remedium & salutem prespecificatum altare cum suis juribus & pertinentiis universis presentibus & futuris in unum novum ecclesiasticum perpetuum beneficium de jure patronatus Laicorum nominari & reputari clerico seculari duntaxat assignari solitum & debitum fundari erigi instituі ordinari approbari & confirmari proponunt & desiderant modo & forma infrascriptis videlicet quod ex nunc inantea singulis temporibus quilibet dicti altaris beneficiatus sine prejudicio plebani & ecclesie beati *Michaelis* cunctis in ebdomadis tres missas in altari prefato si autem cum & qualitercumque redditus

hujus-

hujusmodi ad quinquaginta florenos annuos ampliarentur beneficiatus etiam ad quinque miſſas & ſi iidem redditus ad ſexaginta florenorum annuorum reddituum augerentur beneficiatus ad ſex miſſas ſi vero ijdem redditus usque ad ſeptuaginta florenos annuos aſcenderent beneficiatus ad ſeptem miſſas altari prefato contradictione cautela exceptione & ſubſidio quibusvis ceſſantibus ſingulis ſeptimanis celebrare, dum autem & quotienscunque beneficiatus aliquam ſeu aliquas miſſarum hujusmodi modo premiſſo celebrare & perficere niſi infirmitate aut aliquo alio canonico impedimento detentus neglexerit & obmiſerit tociens beneficiatus hujusmodi ex & de redditibus beneficii ejusdem duobus ſolidis denariorum in opido *wiſſenburg* uſualibus procuratoribus & ſeu juratis dicte eccleſie ſancti *Michaelis* pro tempore exiſtentibus irremiſſibiliter exolvendis & applicandis pro uno ad fabricam & fraternitatem beate *Marie* virginis ejusdem eccleſie & alia medietatibus ad miſſam ſeu miſſas neglectam ſeu neglectas hujusmodi ab alio ſeu aliis ſacerdote aut ſacerdotibus per dictos procuratores ſeu juratos eccleſie celebrari & adimpleri ordinandum procurandum & efficiendum convertendum ipſo facto carere & ut ſic per procuratores ſeu juratos eccleſie hujusmodi privari Idemque beneficiatus perſonalem & continuam reſidentiam jn dicto beneficio ac apud illud facere nec ſe ab illo modo cauſa facultate aut licentia cuiuscunque abſentare ac in ſummis ac aliis feſtitivitatibus dominicisque & celebribus diebus plebano eccleſie prelibate

can-

cantando legendo aſpergendo & circumeundo non tamen in oneribus parrochialibus aſſiſtere aut obligari nec non dictum beneficium & ipſius bona res & jura univerſa preſentia & futura in ſpiritualibus & temporalibus deſervire regere ac in debitis eſſe ſtructura & cultura conſervare, ſi vero quando & qualitercunque beneficiatum in dicto beneficio ut prefertur continuo & perſonaliter non reſidendo abeſſe eveniret ex tunc & tociens beneficiatus omnibus & ſingulis fructibus redditibus & emolumentis eiusdem beneficii undecumque obvenientibus ipſo facto penitus & integraliter carere hujusmodique durante abſentie tempore fructus redditus & obventionem predictos per procuratores ſeu juratos ecclesie prefate pro tempore exiſtentes fidelitate & diligentia quibus convenit recolligi, unde etiam cantandoque legendo circumeundo aſpergendo & aſſiſtendo ut premiſſum eſt provideri & ſatisfieri ordinare efficere & quidquid hinc expeditis ſublatis & defalcatis oneribus ex & de redditibus fructibus & emolumentis predictis ſuperfuerit in augmentum & utilitatem ſepedicti beneficii pro divini cultus incremento integraliter & cum effectu comittere & applicare tamdiu donec & quousque beneficiatus ipſe reſidentie hujusmodi faciende paruerit & ſatisfecerit cum effectu hinc inde obnoxii obligati & aſtricti eſſe debeant & teneantur quodque nec beneficiatus ullas dicti beneficii reddituum fructuum bonorum obventionum rerum aut jurium venditiones reluitiones reemptiones aut alienationes alias niſi procuratoribus & juratis ecclesie ſepe-

pediĉte preſentibus & ſcientibus admittere neque pecunias ullas inde provenientes manibus aut poteſtati eius recipere vel applicare audeat aut valeat ſub diĉti beneficii jn eventum contraventionis realis & eſpeĉtualis privationis pena ſcilicet ſi cum & quocienscunque venditiones reluitiones reemptiones ſeu alienationes ullas hujusmodi reddituum fruĉtuum bonorum obventionum rerum aut jurium aut donationum legationum traditionum ſeu deputationum rerum bonarum ſeu valorum quorumcumque ad diĉtum beneficium qualitercumque fieri eveniret peccunie jnde cedentes aut provenientes procuratoribus & juratis ſepediĉte ecclefie de ſcitu beneficiati diĉti altaris tradi & conſignari ac per eosdem in armario ſeu ſcrinio prelibate eccleſie reponi & in utilitatem diĉti beneficii quantocius viceverſa converti & applicari debeant beneficiatusque diĉti altaris pro tempore exiſtens contra premiſſa omnia & ſingula ſeu eorum aliquid nullis indulto licentia privilegio libertate facultate auĉtoritate abſolutione diſpenſatione aut relaxatione generalibus ſeu ſpecialibus unde & qualitercumque impetratis aut conceſſis impetrandi ſue aut etiam motu proprio concedendis uti frui gaudere juvari ſeu tueri poſſit aut valeat modum in quemcumque, jus vero preſentandi ad diĉtum beneficium quotienscunque illud in antea vacare contigerit ad procuratores ſeu juratos ſepediĉte parrochialis eccleſie ſanĉti *Michaelis Wiſſenburgenſis* pro tempore exiſtentes ut & tamquam veros & indubitatos patronos Laicos pleno jure perpetuo ſpeĉtare & pertinere

tinere

tinere debeat, Qui quidem patroni ad idem beneficium vacatione eius per cessum vel decessum quotienscumque occurrente in unius mensis spatio a tempore vacationis hujusmodi continuo & Inmediate currente & subsequente ulterioribus mora & dilatione sublatis personam habilem & ydoneam actu sacerdotem aut que infra annum proximum a tempore presentationis facte in sacerdotem de jure libere & licite promoveri valeat ex & de parochianis dicte ecclesie sancti *Michaelis* natam modo premisso qualificatam, si autem talis inibi sit & reperiatur, que si illic non habeatur in talem eventum aliquam de incolis supradicti opidi *Wissenburg* ut prefertur qualificatam si autem talis ibidem similiter non sit & habeatur aliam pariformiter qualificatam de loco seu locis viciniori aut vicinioribus opido *wissenburg* adjacenti seu adjacentibus nobis & successoribus nostris, seu officiali nostro aut eorundem ad investiendum & instituendum presentare debeant & obligentur qui etiam presentatus dicto beneficio modo premisso inservire teneatur, Idem quoque beneficiatus beneficium hujusmodi preter eorundem patronorum expressos consensum & voluntatem resignare permutare aut alias quomodolibet dimittere nequeat, quotienscunque vero iidem patroni presentationem hujusmodi plus tempore prespecificato aliquatenus differrent, totiens omni tali & nulla alia vice jus presentandi & conferendi ad idem beneficium ad prepositum ecclesie Spirensis deuolvi pertinere ac eidem applicari debeat contradictione & impedimento quibus-

vis

vis ceſſantibus, qua propter pro parte dictorum exponentium nobis humiliter fuit ſupplicatum quatinus novi dicti beneficii inſtitutionem fundationem dotationem & ordinacionem modo ſerie & ordine ſupraſcriptis admittere laudare erigere ratificare approbare & confirmare ac ordinare noſtre autoriſationis preſidio communire nec non prenominatum *benedictum Gruſſe* ad dictum novum beneficium nobis per eosdem procuratores ſeu Juratos eccleſie nominatum & preſentatum de eodem inveſtire & ad illud inſtituere ceteraque officio noſtro incumbentia eidem impendere dignaremur, nos itaque *Georgius* Doctor prepoſitus ſupradictus attendentes quod juſtis petentium deſideriis decet preſtare aſſenſum, dictorum exponentium fundatorum propoſitum quod ſuper hoc pie & provide factum eſt conſiderantes, commendantes ratumque & gratum habentes ſupradictum altare ſancti Nicolai cum ſuis juribus & pertinentiis preſentibus & futuris univerſis in perpetuum eccleſiaſticum beneficium erigendum illiusque inſtitutionem fundationem dotationem & ordinationem in & ſub omnibus & ſingulis clauſulis punctis capitulis & articulis ſuperius deſcriptis auctoritate noſtra ordinaria admittendas laudandas ratificandas approbandas & confirmandas duximus pro ut erigimus admittimus laudamus ratificamus approbamus & confirmamus huiusque ſcripti patrocinio communimus pro nobis & ſucceſſoribus noſtris univerſis in Dei nomine in his ſcriptis & per preſentes, ceterum quoque antedictum *Benedictum Gruſſe* ut premittitur

tur nominatum ad idem novum beneficium in perſona honorabilis nobis in Chriſto dilecti domini *Jacobi Leoniberg* beneficiati eccleſie ſancti *Johannis Wiſſenburgenſis* procuratoris & procuratorio nomine dicti *Benedicti* de cuius ad hoc procurationis mandato ſufficienter nobis conſtabat primitus ab eodem procuratore in antedicti *Benedicti* tactis ſcripturis ſacro ſanctis ad ſancta Dei Ewangelia obediencie & alias ſolito & debito corporaliter preſtito juramento per nos recepto auctoritate predicta ad dictum novum beneficium inſtituimus & de eodem inveſtimus ſibique illud cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis contulimus & aſſignavimus atque de eo providemus prout inveſtimus inſtituimus conferimus aſſignamus & providemus per preſentes in Chriſto nobis dilecto Decano Capituli *Wiſſenburgenſis* mandantes quatinus eundem *Benedictum* ſeu procuratorem eius prefatum pro eo populo dicte eccleſie ſancti Michaelis & in aliis quorum intereſt pro vero beneficiato altaris prelibati preſentet ac ipſum in & ad corporalem realem actualem ipſius beneficii juriumque & pertinentiarum omnium ipſius poſſeſſionem ponat & inducat ac ſibi de fructibus redditibus obventionibus & juribus eius univerſis plenarie & integre reſponderi, honoremque & reverentiam condignos ab his quorum intereſt exhiberi ac ab eiusdem Capituli confratribus & concapitularibus in confratrem & concapitularem recipi faciat adhibitis ſolempnitatibus debitis & conſuetis ut autem hujusmodi inſtitutio fundatio datio ordinatio noſtreque erectio admiſſio lau-

datio ratificatio approbatio & confirmatio ceteraque premissa prout prescripta sunt rate & firme permaneant atque propter temporis diuturnitatem ab hujusmodi memoria non recedant aut prolabantur presentes nostras literas desuper fieri nostreque preposituræ sigilli appensione communiri jussimus & fecimus Datum vicesima secunda die mensis Septembris anno Domini milesimo quadringentesimo nonagesimo.

Accessit etiam Confirmatio Apostolica Data Romæ apud S. Petrum Anno eodem Kalendis Decembris Pontificatus Innocentij Viij. anno septimo.

LVIII.

CONFIRMATIO BENEFICII SS. PETRI ET PAULI IN WISSENBURG.

Ulricus de Helmstat decretorum doctor prepositus ecclesie Spirensis universis & singulis Christifidelibus presentibus & futuris eternam in domino salutem. Inter alia nostri Archidyaconatus officium tangentia hoc quasi potissimum esse dinoscitur ut ea que divini cultus augmentum populique Christiani devocionem respiciunt verbo studeamus & opere favorabiliter promovere, sane siquidem pro parte in Cristo nobis dilecti *Waltheri Walspron* presbiteri cappellani monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Oppidi *Wissenburgk* Spirensis diocesis nostri Archidiaconatus nobis oblata continebat

nebat expoſicio quod ipſe divine miſeracionis gracia motus ſollicitoque ſtudio pias quondam domini *Petri Walſpron* presbiteri capellani dicti monaſterii ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum ac *Nicolai* fratris ejusdem patris naturalis ipſius *Waltheri* exponentis dum viveret ultimas voluntates exequi volens In ſue ac dictorum *Petri* & *Nicolai Walſpron* germanorum Ipſorumque parentum progenitorum benefactorum & omnium Chriſtifidelium animarum remedium & ſalutem in omnipotentis Dei eiusque intacte genitricis virginis Marie & tocius celeſtis exercitus laudem & gloriam perpetuum beneficium ſacerdotale in capella Oſſorii parrochialis eccleſie ſancti Johannis dicti opidi *Wiſſemburgk* ad altare beate Marie virginis glorioſe admiſſione & voluntate venerandi domini *Heinrici* abbatis monaſterii ſanctorum Petri & Pauli ſupradicti patroni & ſeu collatoris prelibate eccleſie ſancti *Johannis* ad hoc legitime accedentibus de novo erexerit inſtituerit fundaverit illudque nonnullis cenſibus fructibus redditibus proventibus & obvencionibus pro cujuslibet ejusdem beneficii pro tempore exiſtentis poſſeſſoris ſuſtentacione & alimento de bonis ſibi a Deo collatis dotaverit & providerit prout & quemadmodum in litteris - - erectionis inſtitucionis fundacionis & dotacionis ſigillo abbatiali dicti domini *Heinrici* Abbatis ſub appendente cui preſentes noſtre litere ſunt transfixe ſigillatis plenarie contineri proſpicitur, propterea fuit nobis humiliter ſupplicatum quatenus dicti novi beneficii erectionem fundacionem Inſtitucionem &

 dota-

dotacionem prout facte sunt admittere laudare ratificare illasque ordinarie nostre auctorisacionis presidio approbare communire & confirmare nec non supra dictum *Waltherum Walspron* nobis per supra nominatum dominum *Henricum* Abbatem ad quem etiam ejusque successores jus presentandi, nobis & successoribus nostris prepositis ad dictum beneficium vacacionis ipsius casu occurrente pertinere debebit ad investiendum in vim dictarum erectionis fundationis, institucionis & dotacionis litterarum presentatum investire & instituere sibique de juribus redditibus proventibus obvencionibus & emolumentis dicti beneficii plenarie integre & cum effectu responderi mandare aliaque sibi circa hec solita & necessaria impendere elargiri dignaremur, Nos vero *Ulricus* prepositus supradictus supplicacione hujusmodi favorabiliter inclinati ac ipsius fundatoris pium propositum considerantes quod super hoc provide & pie factum est ratum & gratum habentes, dicti novi beneficii erectionem fundacionem Institutionem dotacionem & ordinacionem modo & forma prout in litteris cui presentes litere transfixe sunt continetur factas cum omnibus & singulis suis clausulis punctis & articulis in eisdem contentis & descriptis ordinaria nostra auctoritate pro nobis & successoribus nostris in Dei nomine admittendas laudandas & ratificandas illasque approbandas & confirmandas duximus prout admisimus laudamus & confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus Et perpetuo viribus subsistere decernimus nec non supradicto *Walthero*

Wals-

Walspron nobis ad investiendum ut premittitur presentato predictum novum beneficium cum omnibus & singulis juribus & pertinentiis in personam honorabilis viri domini *Philippi Mey* sexprebendarii in ecclesia Spirensi antedicti *Waltheri Walspron* procuratoris de cujus procurationis mandato legitime certificati fuimus coram nobis personaliter constituti & id flexis genibus humiliter petentis solito tamen & consueto a prefato domino *Philippo* mei procuratore tactis scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Ewangelia in animam prenominati *Waltheri Walspron* principalis corporaliter prestito juramento per nos primitus recepto contulimus & assignavimus ac sibi de eodem providimus Ipsumque ad idem beneficium instituimus atque de eodem investimus conferimusque assignamus providemus instituimus & jnvestimus in hiis scriptis & per presentes mandantes in christo nobis dilecto Decano Capituli sedis *Wissenburck* & aliis quorum interest sub debita obedientia quatenus prenominatum *Waltherum Walspron* ut premittitur jnvestitutum & institutum in & ad dicti novi beneficii corporalem realem & actualem effectualemque possessionem juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem jnducant ac inductum defendant sibique de fructibus redditibus proventibus juribus & obventionibus universis & singulis quorum interest aut inantea intererit plenarie integre & cum effectu responderi & ab omnibus honorem & reverentiam exhiberi necnon a dicti Capituli confratribus & concapitularibus in confratrem & concapitularem recipi faciant

faciant adhibitis solempnitatibus debitis & consuetis, ut autem erectio, fundacio, dotacio nostraque hujusmodi confirmacio rate & firme permaneant atque propter temporum diuturnitatem ab hominum non discedant memoria presentes literas desuper scribi nostreque preposituire sigilli jussimus & fecimus appensione communiri decernentes ex nunc irritum & inane si secus super hijs a quoquam contigerit attemptari. Datum feria sexta post festum Beate Marie Magdalene sub anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. 24. Jul.

LIX.

INSTITUTIO STIPENDII AD ALTARE SANCTI MATERNI IN WYSSENBURG.

Georgius de Gemmyngen utriusque Iuris doctor prepositus ecclesie Spirensis ad perpetuam rei memoriam. Commissi officii eiusque injuncte nobis cure debite ammoniti non incongrue sollicitamur ut aures nostras ad ea que divini cultus augmentum respiciunt benigniter inclinemus, sane pro parte honorabilium ac honestorum virorum domini *Philippi plebani* nec non *Matherni Steygelm an Johannis de francfordia Clausonis Ortenberg Udalrici Neeff*, *nicolai Moterer*, *Clausonis Schuster*, *Johannis Junge de Zaberna*, *Johannis Wyssgerwer Jodo-*

Jodoci tendwin Johannis Bersthen, Michaelis Solt & *Laurentii Kestner* juratorum ecclesie parochialis sancti *Johannis* opidi *wissenburg* Spirensis diocesis nostri Archidiaconatus ac domini *Ade Sommer* Capellani secularis monasterii sanctorum Petri & Pauli Apostolorum dicti opidi nobis oblata peticio continebat quod olim venerabilis ac honesti viri dominus *Mathernus Harst* Canonicus Ecclesie sancti Stephani *Johannes boest* tunc *Senior Burginger* opidi predicti & *Catherina zum basel* ipsius conjugis legitima dicti domini *Matherni* parentes dum in humanis agebant pio devocionis zelo ducti in Omnipotentis Dei sueque intemerate genitricis virginis Marie nec non omnium sanctorum & beati *Matherni* Episcopi laudem & honorem altari novo in dicta ecclesia parochiali sancti *Johannis* wissenburgensis in honore ejusdem *Matherni* Episcopi dedicato nonnullos annuos Redditus pro institutione quarundam missarum perpetuarum in ipso altari ebdomedatim celebrandarum donarunt atque elargiti sunt quos quidem redditus supra præfatus postmodum dominus *adam* Senior Capellanus simili zelo ductus in centum & quinquaginta florenis auri Renensis pro comparacione septem cum dimidio florenorum annue pensionis in sui ac parentum & omnium amicorum atque benefactorum & eciam eorum sui & suorum parentum atque progenitorum in anniversario suo ac in missarum solempniis memoriam habuerunt aut pro ipsis unam salutationem angelicam vel Ave Maria dixerint, remedium & salutem augmentavit Ita ut in ipso al-

tari nouo ſancti *Matherni* cui redditus hujusmodi ſe modo ad ſummam ſeu valorem annuum viginti ſex florenorum extendentes deſervire debent non quidem perpetuum beneficium ſed nudum ſit atque maneat ſervicium ſive ſtipendium per dictum dominum *Adam Sommer* quo ad vixerit & poſt illius mortem atque deceſſum per aliquem abilem & ydoneum ac laudabilis vite & honeſte converſacionis presbiterum actu ſacerdotem ad nutum amovibilem quem plebanus & jurati dicte Eccleſie pro tempore exiſtentes ita ut plebanus adinſtar unius juratorum nonniſi unicam habeat vocem tociens quociens oportunum fuerit eligere & nobis archidyacono loci atque ſucceſſoribus noſtris ad providendum ſibi de illo preſentare debebunt deſerviendum poſſidendum & obtinendum qui quidem presbiter ut ſic poſt mortem prefati Domini *Ade Sommer* ad dictum ſtipendium electus preſentatus & de illo proviſus in dicto opido *wiſſenburg* perſonaliter reſidere ac nobis & ſucceſſoribus noſtris nec non Decano Capituli ſedis ruralis in *wiſſenburg* prout ceteri ejusdem Capituli confratres in licitis honeſtis & conſuetis obedire nec non ſingulis ſeptimanis in dicto altari ſancti *Matherni* tres miſſas videlicet ſingulis diebus dominicis poſtquam plebanus vel alius eius nomine predicationem verbi Dei concludendo conſummaverint & a Cancellis deſcenderint unam ac die Sabathi aliam quandocunque per Ebdomedam exceptis Dominica & Sabathi diebus feſtum aliquod occurrerit in ipſa feſtivitatis die, ſin autem nulla per ebdomedam feſtivitate occurrente

aliquo

aliquo alio die ejusdem ebdomede sibi presbitero propter Dominicam & Sabathi diem magis congruente terciam, Missas hujusmodi per se, preter tamen & citra ullam plebani ceterorumque in dicta ecclesia beneficiatorum prejudicium celebrare nec non plebano pro tempore dicte ecclesie in quatuor principalioribus ac aliis festivitatibus nec non dominicis ceterisque diebus & temporibus presertim in vesperis Sabbatinis ac dominicalibus aque benedicte aspersionibus & aliis officiis dominicis cantando & legendo assistenciam fidelem facere debebit atque tenebitur ipso tamen presbitero quociens plebanus pro tempore divina intermittit officia aut forte aliqua ad que ex debito non obligatur perficit ad nullam nisi eam quam voluntarie voluerit assistenciam obligato ac eciam in aliis que stolam concernunt ut sunt proles baptisare, mortuos tumulare confessiones audire infirmos visitare contrahentes intronisare verbum Dei seminare ecclesiastica sacramenta ministrare & ab aliis hijs similibus que plebano & suis capellanis ac divinorum Rectoribus incumbunt omnino supportato permanente Idem eciam presbiter dictas missas ebdomedales eo quo prescribitur ordine per se & non per alium celebrare sit astrictus nisi forte Corporali infirmitate aut alio legitimo impedimento quo minus per se missarum in dicto altari posse celebrare solempnia detineretur ex tunc stante infirmitate vel impedimento hujusmodi alteri presbitero per eum disponendo locus sit dictas missas pro eo celebrandi Et si quod absit presbiter dictum stipendium pro tem-

pore obtinèns in premiſſis omnibus & ſingulis vel eorum aliquo negligens fuerit vel rebellis aut hujusmodi ordinacioni eo quo preſcribitur modo in toto uel in parte non paruerit ſeu alias inhoneſte converſacionis & culpabilis vite fuerit ex tunc tociens quociens liberum ſit plebano & juratis pro tempore eundem presbiterum ſic negligentem & rebellem aut alias inhoneſte ſe habentem quocumque tempore anni licenciare & amovere ac nobis & noſtris ſucceſſoribus alium abilem & ydoneum Laudabilis vite & honeſta converſacionis presbiterum actu ſacerdotem de dicto ſtipendio ut ſupra providendum preſentare liberum eciam erit cuilibet presbitero dictum pro tempore ſtipendium obtinenti Id ipſum ſtipendium quandocunque voluerit abſolute dimittere facultate tamen illud pro quocumque beneficio eccleſiaſtioo vel alio ſimili ſtipendio reſignandi permutandique ſibi penitus adempta atque interdicta presbiter autem qui pro tempore ſtipendium ipſum obtinens illud ut premittitur dimiſerit aut alias abinde per plebanum & juratos ex premiſſa vel alia rationabili cauſa amotus fuerit ſi de dicti ſtipendii proventibus plusquam ſibi dimiſſionis vel amocionis hujusmodi tempore competebat percepiſſet & ſublevaſſet plebano & juratis pro tempore proventus hujusmodi deducto inde rato ſuo quo contentus eſſet recompenſabit quare ſumus pro parte prefatorum plebani atque juratorum nec non Domini *Ade Sommer* exponencium humili cum inſtantia requiſiti quatenus dicti ſtipendii ac trium miſſarum ebdomedalium, auctoritate

ritate noſtra ordinaria ut archidyaconus loci admittere ratificare & approbare illisque pro ipſorum ſubſiſtentia firmiori robur noſtre autoriſationis adycere dignaremur, nos igitur ipſorum ſupplicationibus tanquam juſtis prono annuentes affectu, inſtitutionem, donacionem largicionem omniaque & ſingula premiſſa auctoritate predicta admittendum ratificandum approbandum & indulgendum duximus prout admittimus ratificamus approbamus pariter & indulgemus ac noſtre autoriſacionis preſidio communimus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes literas exinde fieri noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus ſubappenſione communiri Datum Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexto die Sabbathi nona menſis Maij.

LX.

FUNDATIO BENEFICII BEATÆ MARIÆ VIRGINIS IN CAPELLA OSSORII IN WISSENBURG.*

Henricus Dei gracia Abbas Monaſterii ſanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum jn *Wiſſenburg* ordinis ſancti *Benedicti* Spirenſis dioceſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis univerſis preſencium jnſpectoribus pateat evidenter & ſinceram in Domino caritatem. Acceptiſſimum eſſe

* Sub Archidiaconatu Majoris Spirenſis & Decanatu Wiſſenburgenſi, vid. Tomum X. Subſid. Dipl.

esse Deo credimus & hominibus fructuosum benignum assensum adhibere talibus per que divinus cultus augetur & animarum salus multipliciter cumulatur Hinc est quod noster devotus *Waltherus Walspron* Cappellanus secularis dicti nostri monasterii divinam sibi & suorum predecessorum & progenitorum inspirantem gratiam & voluntates ultimas quondam domini *Petri Walspron* capitularis secularis dicti nostri Monasterii & fratris eius *Nicolai Walspron* predicti domini *Walteri* patris exequi volens pie & devote attendens quam gloriosum ac salutiferum & ab omnibus Cristifidelibus Venerandum sacrosancte misse misterium In qua hostia saluberrima videlicet corporis & sanguinis nostri Salvatoris prout ipse idem dominus noster Instituit consecratur & pro salute vivorum & defunctorum fidelium devotissimis orationibus jmmolatur, devote etiam cogitans juxta voluntatem dictorum suorum progenitorum quot & quanta munera graciarum melliflua de hoc fluant sacramento deliberacione prehabita diligenti pro salute animarum sue & specialiter dictorum domini *Petri* & *Nicolai* patris eius nec non omnium progenitorum & benefactorum & remissionem peccatorum suorum novum perpetuum beneficium sacerdotale ad Laudem omnipotentis Dei & honorem gloriosissime jntemerate virginis *Marie* in Capella *Ossorii* cimiterii parochialis ecclesie sancti *Johannis* in *Wissenburg* nobis attinentis consecrata & erecta de bonis & possessionibus suorum & suis in forma infrascripta erexit instituit & fundavit primo voluit & vult

vult Jdem fundator quod quilibet dicti beneficii beneficiatus tres missas perpetuis temporibus singulis jn ebdomadis in dicto altari celebret & ad celebrandum astrictus sit videlicet omni die dominica unam de sancta Trinitate & hoc post primum pulsum summe misse prefate parochialis ecclesie dempto tempore quadragesimali & adventus Domini quia tunc legendum est de tempore seu dominica & alias duas in ebdomada unam de beata virgine *Marie* & aliam pro defunctis quarum si unam vel plures in eadem ebdomoda neglexerint legendam seu legendas in ebdomoda sequenti eam vel eas compleat, quod si facere neglexerit & obmiserit pro qualibet missa sic neglecta tres solidos denariorum exolvere realiter & cum effectu tradere debet & teneatur dempto jn infirmitatibus constituto vel alias causa rationabili ipsum urgentem, & prefati jurati pro eadem pena proxima die dominica sequenti panes comparare debent & distribui faciant pauperibus in eadem Capella si talis beneficiatus dictam penam dare siue exolvere recusaret tum plebanus & jurati supradicte parochialis ecclesie possunt & debent eundem privare mediis fructibus supradicti beneficii & illos convertere ad usum fabrice ecclesie predicte Item quod si beneficiatus continuam & personalem ibidem faciat residenciam & dictum suum beneficium deserviat indulto seu permissione superiorum eciam cuiuscumque non obstante Idem beneficiatus plebano pro tempore existenti in nullo obligatus esse debet nisi quod in festivitatibus dominicis & aliis festivis die-

diebus in cantando aſſiſtenciam faciat, Item quod ſi fructus prefati beneficii augmentarentur in annuis cenſibus usque ad ſummam quadraginta florenorum Renenſium prefatus tunc ſic beneficiatus teneatur ebdomadam ſuperaddere unam miſſam prefatis tribus ſub preinſerta pena, in caſu vero quo dictus beneficiatus in dicto beneficio perſonaliter non reſideret voluit Idem fundator & dotator quod tunc fructibus dicti beneficii omnino carere debet, quos quidem fructus voluit ut per eccleſie juratos ibidem colliguntur & in modum qui ſequitur diſtribuantur videlicet quod dictas tres vel quatuor miſſas ebdomadatim legi vel celebrari procurent, de aliis autem ſuperfluis fructibus in augmentum dicti beneficii diſtribuant tam diu & quousque beneficiatus dicti beneficii debitam & perſonalem faciat reſidentiam & contra preſcripta non debet aliquo privilegio ſeu indulto tueri Item quod collacio ſeu proviſio dicti beneficii ad abbatam monaſterii ſupra dicti pro tempore exiſtenti ſpectare & pertinere debet modo & forma infra ſcriptis videlicet quocienscunque dictum beneficium vacaverit quamcunque perſonam tunc habiliorem & ydoneam plebanus & jurati dicte eccleſie ſeu maior eorum pars cum plebano de conſanguineis ſeu progenie dicti fundatoris videlicet quondam *Magdalene Walspron* quondam uxore *dyemari bogner* & *Margarethe Walspronem* uxore quondam *Nicolai Hutters* defunctorum jam actu ſacerdotem vel qui poteſt in anno in ſacerdotem promoveri, abbati pro tempore exiſtenti nominaverint ac devote pro eadem perſona

ona supplicaverint Idem dominus abbas eundem ıbilem & ydoneum reperiens eidem dictum beneicium absque aliqua intricatione & jmpedimento :onferre debet archidiacono loci ad investiendum presentandum ita futuris perpetuis temporibus observari. Item voluit dictus fundator quod si de dictis suis Consanguineis seu genere suo pro tempore vacationis nullus inveniatur infra annum abilis ad sacerdocii gradum promovendus quod tunc ipsi plebanus & jurati predicti habeat eligere & nominare abiliorem & discretiorem quem possunt habere actu sacerdotem vel infra annum promovendum ordinandum & abbati pro tempore existenti eundem presentare modo & forma premissis. hec autem sunt bona & redditus ad ipsum beneficium spectantia & assignata Primo omnia & singula bona que supradicti dominus *Petrus* & *Nicolaus Walspron* frater eius carnalis subsecuti sunt per hereditatem a suis progenitoribus dictis der *Walspronnin* sitis in villa *Sebach* superiori videlicet centum septuaginta jugera agrorum, Item hortus situs in villa predicta dictus der *Schundberg* ubi quondam fuit domus posita Item septem jugera agrorum pratorum ut habetur in registris desuper confectis, Item hortus situs in *Wyssenburg* ante portam que dicitur *Kettentorlm* qui quondam fuit *sigmundi Reuches* quem supradictus fundator emit pro Centum quinquaginta florenis Rinensibus ut habetur in litteris desuper confectis Item quinque libros denariorum annui census reemibiles quos pro nunc dat *Kappen Claus jn Schleite* ut etiam habetur in litteris desuper

per confectis, Ad quam quidem ut prefertur novi beneficii erectionem Institucionem fundacionem & bonorum nominationem per sepefatum *Waltherum Walspron* per se & suorum progenitorum sic ut premittitur facta fuit nobis humiliter supplicatum ut ad hoc nostrum benivolum assensum pariter & consensum ex debita auctoritate & officii nostri adhiberemus cum juste petenti non sit denegandus assensus eciam Deo acceptam & hominibus gratam attendentes Et hiis velut pastor bonus ut debemus intendere volentes auctoritatem nostram assensum pariter & consensum hijs scriptis In Dei nomine adhibuerimus & presentibus adhibemus ratificantes auctorisantes & confirmantes eandem Institutionem fundacionem bonorum nominacionem pro ut & quantum ad vestrum officium spectare & pertinere dinoscitur, tamen nostri & dicti nostri monasterii juribus privilegiis Indultis & graciis in hiis semper salvis, Insuper venerabili viro domino preposito Spirensi auteius vices in hac parte gerenti in vim dicte fundacionis prefatum *Waltherum* Capellanum nostrumper presentes ad illud presentavimus & instituimus rogantes una cum eodem ipsum ac omnia alia & ea adhibere que in hac parte vestrum concernunt officium pariter jnvestire velitis in cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Wissenburg die Saturni quinta mensis Aprilis Anno a nativitate Domini Milesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

LXI.

LXI.

CONFIRMATIO BENEFICII SS. MICHAELIS ARCHANGELI, SEBASTIANI ET WENDELINI IN GLEISWEILER.*

Universis & singulis Christi fidelibus presentibus & futuris. *Georgius de Gemmyngen* utriusque juris doctor prepositus ecclesie Spirensis salutem in Domino sempiternam cum subscriptorum noticia indubitata inter alia officio nostro incumbentia hoc quasi potissimum esse arbitramur ut ea que divini cultus augmentum respiciunt verbo studeamus & opere favorabiliter promovere, exhibita siquidem nobis nuper in Christo dilectorum pastoris & juratorum ecclesie parrochialis in *Glyßwiler* Spirensis diocesis nostri archidyaconatus petitio continebat quod ipsi in Omnipotentis Dei eiusque gloriosissime & Illibate intemerateque virginis & matris *Marie* ac tocius celestis exercitus Laudem & gloriam nec non parentum progenitorum liberorum germanorum predecessorumque & successorum suorum ac cunctorum Christi fidelium animarum salutem & remedium prebendam sacerdotalem in altari sanctorum *Michaelis* Archangeli *Sebastiani* martiris & *Wendalini* confessoris in dicta ecclesia parochiali ville *Glyßwiler* noviter consecrata fundaverint & erexerint eandemque prebendam de & ex quarundam dicte ville incolarum bonis mobilibus piisque elimosinarum elargitionibus se annuo ad valorem quindecim cum dimidio florenorum extenten-

* Sub Decanatu Wiler in Archidiaconatu majoris.

tendentibus ac domo & habitatione ſatis valente dotaverint modo & forma ſubnotatis quod videlicet ipſius beneficii ſeu prebende collatio quotiens illud in antea vacare contingeret ad paſtorem ſive plebanum & juratos antedictos & eorum ſucceſſores pleno jure ſpectare debeat & pertinere qui illud infra unius menſis hujusmodi vacationem immediate ſubſequentis ſpatium alicui abili & ydoneo presbitero ſeculari aut qui infra annum proximum in ſacerdotem promoveri valeat conferre illumque prepoſito Spirenſi pro tempore exiſtenti aut ipſius officiali ad inveſtiendum & inſtituendum preſentare habebunt & teneantur alioquin quidem collatio hujusmodi tociens quociens paſtor ſive plebanus & jurati illam infra dicti menſis a die occurrentis vacationis immediate ſequentis ſpatium facere diſtulerint elapſo menſe ad prepoſitum Spirenſem pro tempore ſine medio ea vice ipſo facto devoluta eſſe, quodque preſentatus pro tempore & ad ipſum beneficium inveſtitus quamdiu ipſius beneficii redditus & proventus valorem quindecim cum dimidio florenorum annuos non excedant unam duntaxat miſſam ebdomodatim in dicto altari, ſed eisdem fructibus ad ſufficientem & congruam beneficiati pro tempore competentiam modo infra deſcripto augmentatis duas ebdomodatim miſſas de mane in aurora vel de poſt citra tamen ullum paſtoris ſive plebani pro tempore exiſtentis preiudicium celebrare ac in dicto beneficio perſonaliter reſidere nec non paſtori ſive plebano juxta aliarum congruentiam circumiacentium eccleſiarum morem &

ob-

obſervantiam in divinis aſſiſtentiam facere fidelem atque in dicto beneficio honeſte ac decenter regere & ipſius beneficii bona in eſſe & debita cultura conſervare nec non pro qualibet miſſa quam beneficiatus pro tempore canonico ceſſante impedimento neglexerit tociens quotiens penam unum ſolidum denariorum per juratos ecclefie ante dicte ſublevandorum & in ipſius beneficii fructuum & reddituum augmentatorum comparatione convertendorum irremiſſibiliter perſolvere & nihilominus miſſas neglectas hujusmodi complere teneatur neque dictum beneficium permutabit aut reſignabit ſeu illi alias quomodolibet cedet ſive renuntiabit niſi de dictorum plebani & juratorum pro tempore conſenſu & voluntate quodque etiam bona immobilia ipſi beneficio in preſentiarum donata ac applicata ac in futurum donanda & applicanda de quibus ſaltem hactenus decima dari & perſolvi conſueverit in antea etiam ſicut hactenus fuere decimalia ſint atque permaneant nec non moderno ipſius beneficii poteſtate ac poſſeſſorie infra nominato decedente vel beneficium hujusmodi alias quomodolibet demittente liceat ipſis plebano & juratis pro tempore exiſtentibus ipſius beneficii fructus redditus & proventus de prepoſiti pro tempore ſive illius officialis conſenſu atque indulto ſequeſtrare illosque ſic ſequeſtratos in reddituum & fructuum hujusmodi augmentacionem usque ad ſufficientem & congruam beneficiati pro tempore competentiam atque ſuſtentationem convertere. Qua propter fuit nobis pro parte dictorum exponentium humiliter

ſupplicatum, quatinus ſupradicti novi beneficii eccleſiaſtici erectionem fundacionem dotacionem & inſtitutionem admittere approbare & confirmare nec non diſcretis in Chriſto nobis dilectis *Jodocum Wolf* clericum Spirenſis diocesis nobis per plebanum & juratos antedictos ad hujusmodi novum beneficium nominatum & preſentatum de eodem inveſtire & ad illud inſtituere ceteraque nobis ſuper premiſſis ex officii noſtri debito incumbentia facere & impendere dignaremur Nos itaque *Georgius de Gemmingen* doctor & prepoſitus ſupradictus attendentes ſupplicationem hujusmodi fore juſtam & racioni conſonam quodque juſtis petentium deſideriis nos deceat facilem preſtare aſſenſum & quia eccleſie parrochialis in *Gliswiler* antedicte in qua dictum novum beneficium inſtitutum extitit collatio preſentacio & quevis alia diſpoſitio ad nos & prepoſitum pro tempore eccleſie Spirenſis dum vacat pleno jure pertinere dinoſcitur dictique exponentes atque dotatores nos de ipſius novi beneficii redditibus cenſibus atque bonis ſe annuatim ad valorem quindecim cum dimidio aureorum renenſium extendentibus deque competenti habitatione ſive domo pro beneficiato dicti novi beneficii ſufficienter certificarunt idcirco dictum novum beneficium illiusque fundationem erectionem dotacionem & ordinacionem modo & forma premiſſis laudavimus admiſibus ratificavimus approbavimus & confirmavimus nec non Laudamus admittimus ratificamus approbamus & confirmamus ac preſentis ſcripti patrocinio communimus, inſuper quoque ante

dictum

lictum *Jodocum Wolf* nobis ut premittitur nominatum & presentatum recepto per nos primitus ab eodem tam obediencie quam alias solito & consueto juramento corporali ad dictum beneficium novum instituimus & investivimus investimus conferimus assignamus & providemus per presentes in Cristo nobis dilecto decano Capituli sedis Ruralis in *Schwechenheym* sub obediencie debito mandamus quatinus per se vel alium prefatum *Jodocum* in ecclesia parrochiali antedicta populo ibidem pro vero beneficiato dicti novi beneficii publicet & presentet ipsumque in & ad corporalem realem & actualem beneficii hujusmodi juriumque & pertinentiarum omnium eiusdem possessionem ponat & inducat ac sibi de universis & singulis ipsius beneficii redditibus censibus juribus & obventionibus universis ab omnibus quorum interest plenarie & cum effectu responderi & ab omnibus reverentiam & honorem condignos exhibere nec non a dicti capituli confratribus & concapitularibus in confratrem recipi & faciat concapitularem adhibitis solempnitatibus in his fieri solitis & consuetis in quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes literas exinde fieri nostrique sigilli jussimus & fecimus appensione communiri Datum & actum die Jovis decima sexta mensis Junij Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

LXII.

LITTERE FUNDATIONIS ATQUE DOTATIONIS NOVI BENEFICII IN APPENTHALE.*

Wir *Philips* von gots gnaden pfaltzgraue by Ryne hertzog in Beyern des heyligen Romischen Richs Erzdruchfess und kurfurste bekennen und thuntkunt offenbar mit diesem briefe nach dem wir unsern begirlichen trost und getruwen Inbrunstiglich setzen in die barmhertzigkeit gottes den uns nieman so wol erfolgen mag als die Konigin der barmhertzikeit die hochgelopte mutter Gots unnd Jungffrauw Maria in der Schutz und Schirme wir unser lybe und sele dot und lebendig befolhen haben wollen so sint wir so vil deste geneigter uffzurucken und Gotsdinst zu meren an den enden do sie jr gnad und rastung erzeigt das da ir lobe und Ere uffgerufft gesungen und gelesen werden moge zu ewigen ziten dwyl dan zu *Appenthale* by *Elbsteyn* Spierer bistumbs jn unserm furstenthum und gebiete durch frommer cristenludt andacht eyn buwe eyner Capelle jn ere der selben mutter gottes unnd Jungfrauw Maria uffgericht unnd volnbracht ist darin man sie suchen anruffen bitten und loben sol damit dan die wallenden auch heylsame dinstbarkeit finden an dem ort so wir jn der Capellanien die uf den fron altar gestifft ist noch einander capellani uff den andern altar der sel-

* Prope Elbstein in Archidiaconatu Majoris & Decanatu in Buhel.

elben capellen jn ere Marie der mutter und der
ioit Gottes als patron gestifft und stifften auch jn
crafft dis brieffs wie nachfolgt nemlich das die eyn
tuiglicher frommer Caplan der priester unnd Guts
erbers wesens und wandels sie haben besitzen und
verwesen sol den wir oder unser erben pfaltzgraven by Ryn und wer die pflegdiensten mit der geistlichen lehenschafft von unsern wegen jnnhat damit belehen und presentiren die lyhung wir uns auch behalten so dick die pfrundt ledig wirdet und haben auch itzunt herr *Johann filius* den ersten Capellan presentirt dem wirdigen herr *Jorgen von Gemmyngen* dhumprobst zu Spyer als archidyacon solcher perpetuierter Capellan und sin nachkommen an dieser pfrunden sollen alle wochen dun messe zu *Appenthal* singen oder lesen wir in Got ermant besonder singen so er hilff hat nemlich, nemlich allen sontag eyn und die andern zwo in der wochen so es aller bequemlich ist darin uff allen unser lieb frauwen abent und tag auch uf den dag der Kirwyhung derselbe Caplan Sich auch darzu schicken soll das er sommer zyten morgens zuschen sechs und sieben Uwern unnd winter zyten zwuschen sieben und acht uren vormittag bereyt sy uber altar zugeen darzu sol man luten alles umb der wallenden menschen willen ungeuerlich unnd sol solcher caplan zu *Elbsteyn* oder *Appenthale* wo er syn husunge bekompt personlich residiren und der capellen bywonen und an urlaup unser als lehenherrn mit gehelle eyns dhumprobsts zu Spier als ordinarien sich nit ussern noch in ey-

nich weg ſumig halten ob aber der Capellan uſſ Kranckheit ſyns lybs oder ander merglicherchafft meſſe zu ſingen oder zu leſen uf ſoliche tag und feſt verhindert wurde ſo mag e er das die zyt durch eyn andren beſtellen bis er es wider durch ſich mit ſyner meſſe am ſontage richten das er dem pferrer zu *Elmſteyn* an den hohen feſten jm jar und an ſontagen zum wywaſſer meſs zu ſingen und andern gutlichen ampten hilflich ſin konde doch zu bicht horen teuffen predigen und dergleich dem pferrer ſelbs zuſtende unuerbonden ſin es were dan das die noitdorfft zu ettlicher zyt erfordert hilff und byſtant des ſolt er ſich nit weygern dardurch man ſumens verkomen mocht der Capellan dieſer pfrunden ſoll in iglicher ſiner meſſe uber die *collect* nach der zyt ettlich zulegen nemlich eynen von unſer lieben frauwen als die zyt gibt die andern umb frieden und die dritten vor die ſtiffterer und die jr gabe und gutdat an die kirch unnd pfrunde gewant han und furter wenden doit und lebendig unnd jn ſunnder vor unns uns unſer geſchlecht pfaltzgrauen by Ryne hertzogen in Beyern unſer linien den lebentigen umb glucklich wolfart und den doten umb ewig ruwe bitten und jr andechtig gedechtnis haben wo auch andere prieſter die dohin komen meſſe zu leſen us guter andacht den ſolt er mit ornaten buchern kelchen und andern gereytſchafft das zur meſſe gehort geinwertig ſin und dienen und die nach der meſſe ordelich widder ufheben laſſen. Item wan und ſo dick der Capellan eyn meſſe uberget die er nach lut dieſer ſtiff-

tifftung haben folt unnd nit thete so sollen jm zwen schulding pfenning von yder versumpter messe jnbehalten werden und abegen und die zu merung Gotsdinsts daselbst gewant werden unnachlessig zu pene syner versumunge und sollen die kirchenpfleger das hanthaben und nit destemynder der Capellan in des ordinarien straff darumb sten so dick des noit geschet die er auch zu iglicher zyt volstrecken soll wie sich geburt on geuerde der eegenant Capellan soll sich auch nit underziehen keynerley gaben almusen opfer nutz oder Rent die dahin gefallen gewant oder angelegt werden sunder die alleyn den Kirchenpflegern volgen laissen Jn der Kirchen nutz zu buwe gezierde belucht und andere noitdorfft Jn gotsdinst in lob und ere der hochgelopten jungfrauwe Marien zu wenden davon auch, die pfleger uns und unsern erben oder wem wir das befelhen oder den die *Elbstein* als obstet jnhetten jn bysyn der die eyn dhumproibst zu Spyer so das erfordert wirdet ob er will als ordinarius darin ordent redelich getruwe rechenunge thun sollen die vor bestendig uffgenomen wirdet Item dieser Caplan und bepfrunt und sin nachkommen sollen auch nymerme uns unser erben als patroni und lehenherrn nach die Kirchenpfleger oder yemant umb Competentz oder merunge dieser pfrunden suchen erfordern trachten oder nemen es mocht jne dan mit gutem willen ichts mer volgen wan wir darumb jn Crafft dieser stiefftunge jnen darumb nit pflichtig sin sollen und wollen me dan in dieser stiefftunge berurt und bestympt

ist. Item die Kirchenpfleger sollen durch das jar allerleydunge der priester die uber altar gehort den altar unnd alle gezirde orat kelch mefsbucher belucht hostien wyn saltz ole und alle noitdorftigkeit jn dieser Capellen und zu den altaren darjn bestellen und usnehmen one allem des Capellans und syner nachkomen costen und schaden Mere so stifften wir in der gemelten Kirchen zu *Appenthal* das man alle wochen uff dem Samsstag jm Sommer zu sieben und jm Winter zu acht uren vormittag mit vier priestern das sollen sin der pferrer zu *Elbstein* der frumesser und zwen Caplanen zu *Appenthale* eyn gesungen ampt von unser lieben frauwen nach der zyt haben darzu man luten soll als gewonlich *ist*, des sich auch jtzt pferrer frumesser und Caplan gewilkurt han und Jr nachkommen auch thun und halten sollen darumb den viern priestern der dieser herr *Johann filius* Caplan eyner sin eyns jeden jars werden soll zehen gut Rinisch gulden nemlich dem pferrer der das anschicken soll vier gulden und den andern dryen priestern yedem zwen gulden den zyten der messner den priestern gewarten und solch gelten werden jn die Kirchenpfleger zu *Appenthal* igliche Jars purificacionis Marie von der Kirchen gefelle gutlich furderlich und on hindernifs usrichten und welcher priester aber daran sumigk wurde dem solt abgeschlagen werden zweymail als vil als jm den tag von obgemeltem gelde geburt het so dick das geschicht an alle geuerde Item dieser Caplan und syner nachkommen die mit dieser Capellany belehent perpetuirt und jngesetzt werden unnd prie-

ster

ter findt sollen uff sich nemen was diese stiefftungen sie beruren uswyset unnd soll jm eyns yeden jars vor sin Corpus presentz und was sin recht und messung ist werden und gefallen dryssig guter Rynisch gulden und eyn gulden vom Salve so in der pfarkirchen gestifft ist dem er gewertig sin sol wie auch der ander sin mit Caplan zu *Appenthal* schuldig ist solich in jerlich pension der dryssig gulden er jerlich heben und jnnemen soll an den enden sie verwesen int als nachstet darzu jme die Kirchenpfleger beholffen sin sollen der er auch dieser zyt versichert daran er wol haben ist unnd wirt der gulte eyn oder mehe abgelegt und widder angelegt als auch die Kirchenpfleger mit Rathe zu yeder zyt des noit geschicht thun sollen die nu wen oftgerichten briefe an der erlosten stat in sicherheit da dan der andern pfrunden brieff in bewarung lygen by dem Kirchenschatz oder wu die nach rait versorgt sin gelegt werden Es sollen auch so abgelost wurden pfrunden solch gelte die Kirchenpfleger emphahen und das zum furderlichsten mit unserm oder unser erben oder wem wir das befelhen Rete widder angelegt werden truwlich und geuerlich dauon der Capellan allwege sin nutzunge gehaben moge der gemelt capellan sall auch gein den Luten die jr andacht jn *Appendal* suchen guttig und midham sin nit boldern oder ymant unwilligen das die Lute von jr andacht oder gutem fursatz ziehen thue keins wegs auch sol eyn pferrer zu *Elbstein* kein applas der zu dieser Kirchen by bebsten Cardinalen und bischouen erlangt wirt uff yeden un-

sern

ſern lieben frauwen tag und feſt an der Kantzlen verkunden oder eynen dieſer Capellen Caplan darzu tuglich das an ſyn ſtat thun laiſſen der ſich des nit weigern ſoll uff das die ſolchen applas ſuchten und verdienen wollen ſich des wiſſen theilhafft zu machen und ob dieſer pfrunden e eyn huſunge oder ander liegende gutere zugeſtelt wurdent die ſoll kein capellan oder yemant beſchwern veruſſern verandern verweſſeln oder abgen laſſen keines wegs on urlaub unſer unſer erben oder der die des als obſtet an unſer ſtat zu thun hetten auch ſo ſoll dieſem caplan welcher zu zyten iſt geſtatt werden ſich mit ſynem fiehe zu gebruchen wolt waſſer wonne und weyde und aller andern gemeinſchafft als teylunge der Almenden und anders des glichen wie eyn pferrer zu *Elbſtein* deſſelben zu gebruchen und zu genieſſen hat on menglichs jrrung und Intrag an alle geuerde und ſint diſs die gulten Itzmals der Capellanyen zu geigt und darzu gehorig nemlich zwentzig gulden gelts mit vierhundert gulden hauptgelts ablosig uff den ſtifft Spyer und den underpfanden darvon verwiſen lut deſſelbigen briefs Item funff gulden gelts mit hundert guldenn hauptgelts abloſig verunderpfandt lut der verſchrybung von *Caſpar* unnd *Philips Reinharten* zur *Nuwenſtat an der Hart* Item vier gulden gelts mit achtzig gulden gelts abeloiſig die den Schulteis zue *Nuwenſtat* verſchrebenn und verlegt hat lut derſelben verſchrybung Item zwen gulten gelts mit viertzig gulden hauptgelts abloſig die *Johannes Steymare uff der Badſtuben zu Elbſtein* ver-

verlegt unnd verschriben hat wir wollen auch verfugen by dem wirdigen unserm lieben getruwenn Doctor *Jorgen von Gemmyngen* dhumproibst zu Spyer als archidiacon des orts das er uss syner ordenlicher Oberkeit diese stifftunge unns also besteten und confirmiren woll und begern auch in diesem brieff bittende uf das es also zu ewigen tagen gehalten unnd von niemant wer der sy verandert werde nu und zu kunfftigen ewigen zyten ongeuerd. Des zu urkunde han wir unser Ingesiegel thun hencken an diesen brief. Datum jn Vigilia purificationis Marie Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo.

1. Febr.

LXIII.

FUNDATIO NOVI BENEFICII IN APPENTHALE. *

Wir *Philips* von Gottes gnaden pfaltzgraue by Ryne hertzog jn Beyern des helligen Romischen Richs Ertzdruchsess und Kurfurst bekennen und thun kunt offenbare mit diesem brieff das wir Gott dem almechtigen unserm Schopffer und siner hochgelopten werden mutter der Junckfrauwen Maria als patronen der capellen und obersten altares zu *Appenthale* by *Elmsteyn* gelegen unnd allen lieben engeln und helligen zu loibe und ere

auch

* Lege Tomum sequentem Subsidiorum de Archdiaconatibus Ecclesiæ Spirensis.

auch umb unnser eltern unnser unnd unnser erben selen heil mit wissen und willen des wirdigen unnsers lieben getruwen herrn *Jorgen von Gemmyngen* Dhumproste zu Spier als ordinarien loci unnd auch des pferrers zu *Elmsteyn* jm flecken von dem das durch opffer gabe unnd das hellig almusen frome lute dahine bracht unnd geben ist und kunftiglich geschehen mag als die mutter Gottes an die statt jr gnade gekert das der gemeyn man dahin zu wallen neigung hatt unnd uff andacht die stat suchen gestifft und ufgericht haben, stifften und richten uf in craft diss brieffs Jn solicher Capelle zu dem obersten altare eyn pfrunde unnd capplany zu ewigen tagen zu blyben unnd zuhabenn wie nachfolgt Unnd also das nu furbass eyn Caplane da syn solle den wir unser erben oder wer *Elmsteyn* mit lihung geistlicher lehen ye zu zyten von unns jnhaben wirdet daruf presentiern welchs presentiern wir uns so dicke die zuuerlihen oder zu falle kompt behalten wollen haben alsdan ytzunt unnd zum ersten herr *Johanns Hourfant von Germersheym* presentirt ist derselb caplan anfangs priester sin oder jn jaresfrist nehst nach der verlihung priester werden unnd jm thale zu *Elbsteyn* husslich unnd personlich sytzen und die mit keyner andern person oder absentz dauon zu nemen besetzen soll, es geschehe dan mit unser erben oder der die *Elbsteyn* von unnsern wegen als vorstet mit lihung geistlicher lehen jn hetten ratt und verwilligen unabbruchlich dem gottesdinst als her jnn berurt ist. Es soll auch der priester welcher also diese pfrun-

pfrunde kunfftiglich besetzen wirdet schuldig syn alle wochen zu *Appenthale* dry messen zu lesen oder zu singen wie jn Gott ernant unnd jnsunderheit allen sambstag eyn messe thun morgens zu wynther umb die acht uren unnd sommers zu syben uren umb derwillen die dahin wallen und da jr andacht suchen unnd darzu geluttet werden als sich geburt Es sol auch derselb priester und caplan *Appenthail* geschickt syn, es beneme jm dan kranckeit sins libs und so das geschee so soll er das von dem sinen bestellen das allen unser lieben frauwen tagen die jm jare gefallen auch uff den tag der Kirchwyhung mit hilff eyns pferrers und frumessers zu *Elbsteyn* eyn gesungen messe gehalten werde in der obgenanten Capelle darzu soll der obgnant Caplan zu unser lieben frauwen zu *Appenthaile* dem pferrer zu *Elbsteyn* zu hochzitlichen und sontagen gewarten mit dem wihewasser umbzugeen unnd messe helffen zu singen jnn der pfarkirchen und sust als eyn priester dienen dieselben zyt usgeschiden bychthoren tewffen predigen oder des glich das dem pferrer alleyn zuthun geburt, es dett dann so nott so eyn pferrer zu ungeschichten nit verhanden were so solt er sich des auch nit weigern Er soll auch in allen messen die er singt oder lisett unnser unnsers geschlechts pfaltzgrauen by Ryne als styffter unnd aller der die jr hilff und stuer zu dieser capellen unnd pfrunden gethan han unnd hinfur thun werden lebendig und tode jn siner andacht gedencken und fur die bitten den lebendigen umb was jne zittlich nott ist den doten umb ewige ruge darzu in allen

sinen

ſinen meſſen leſen oder ſingen eyn collect de beata virgine nach der zytt eyn collect pro pace und collect fur die ſtiffter unnd guter dieſer capellen wolten auch frembde prieſter da celebriren jnn der wochen uff welchen tag es were die ſoll er mit allem gezuge furdern, unnd wir begaben dieſe Capellany und beneficium mit funf und driſſig gulden jerlicher gewiſſer gulte ewiglichen zu nyeſſen damit eyn Caplan ſich bedragen ſoll, die jme dan die pfleger egemelter unnſer lieben frauwen kirchen verwiſen und verlegen ſollen uff gewiſſen gulten das er alle fronfaſt acht gulden eyn ortt ſicher unnd gewiſſelich ſelbs uffheben habe on allen abgang und verhinderung menglichs darzu ſolle er haben der pfrunden huſſ und hofe unnd zwen morgen wiſen darzu verordent die ſollen von den beſytzern diſer pfrunde gehalten werden nach Capittels recht und herkommen wir behalten auch uns unnſern erben unnd wer *Elbſteyn* als vorſtett von unns jnhett gewalt und macht ob eyn Caplan dieſer unnſer ſtifftung nit gnugen dete und ſich ſewmig darjnn hilte zu eynem oder me artickeln das wir eyn andern dahyn preſentiren mogen der dem gnugen thue one jnrede eynes yglichen ſewmigen Caplans unnd damit eyn pferrer zu *Elbſteyn* von der mutter Kirchen wegen ſinen beſtant wiſſe wie er geyn der Capellen zu *Appenthail* als eynem filial abgeſcheiden ſyn ſolle ſo iſt mit wiſſen und willen yetz des pferrers herr *Paulſen Burckharden* und der oberhant verordent das eynem pferrer von der capellen pflegern zu *Appenthail*

thail die yetz und kunfftlich ſin jerlich ſiben gulden Martini fellig gereicht ſollen werden on allen ſinen coſten oder hindernisſ und ſoll der pfarren gewiſſe verſorgnisſ geſchehen von was gulten oder gutern Jme ſolch gult gefallen ſoll uff das der pferrer nit coſt oder muhwe mit inforderung haben durffe ſoliche ſiben gulden gult jme zugeordent ſynt vor alle gerechtigkeyt die der pfarren oder eym pfarrer yetzt oder kunfftiglich von egemelter Capelle oder jrer nutz unnd zufall wegen zu ſten mochten, unnd was ſuſt geyn *Appenthal* gefellt von gabe opffer allmuſen an geld oder andern dingen was das were kleyn oder groisſ daran ſoll nyemant teil oder gemeyn haben dan alleyn jn unnſer liebfrauwen ere gewant und der Capellen und Gottesdinſt zu nutz angeſtelt werden durch die Kirchenpfleger die zu yeder zit ſint, welche pfleger dan zu rechnung umb ſolichs uns oder wen wir des beſcheiden verbunden ſin ſollen alles ungeuerlich Es ſoll auch ein yeder caplan obgemelter capellen uns unnſer erben oder die *Elbſteyn* von uns als vorſteet jnnhan nit zu dringen haben umb wynther competenz keyns wegs by verlieſung egemelter pfrunden wir thetten es dan mit willen gerne die Kirchenpfleger ſollen auch ſchuldig ſyn Kirchengezirde mesſbücher, beluchte, kelch, hoſtien mesſwin wiheſaltz, ole und was darzu gehort und notdurfft iſt zu beſtellen on eyns Çaplans abgang und Schaden von der capellen nutzen und fellen. Wurden auch icht gulten abgeloiſet daruf ein Caplan oder der pferrer als ob ſtet verwieſen wern die ſolten

durch die Kirchenpfleger mit unſerm oder unſer erben ratt als dicke furderlich widder angelegt werden das ſie des keyn verzug oder ſchaden nemen Es ſoll auch ein caplan ſich ſo gutlich geyn den Luten die da andacht ſuchen erzeigen dadurch er nyemant widderwillen mache der wallfart unnd Gottes dienſten ſo da geſchehen ungeuerlich wurd auch Romiſche gnade oder ander applas zu dieſer Capelle erfolgt den ſoll man allen unſer lieben frauwen tag an, der Cantzell verkunden und eyn pferrer das thun oder eym caplan geſtatten wir wollen auch den obgemelten unſern lieben getruwen herrn *jorgen* dhumprobſt bitten unnd jn crafft dis briefs gebetten haben dieſe unnſer ſtifftung zu confirmiren und zu beſtetten *als ſichs* geburte alles ungeuerlich des zu Urkundt haben wir unſer Ingeſiegel thun hencken an dieſen brieff datum *Heydelberg* uff Mantag nach dem ſontag *quaſimodogeniti* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tercio.

15. Apr.

LXIV.

CONFIRMATIO NOVI BENEFICII IN APPENTHALE.

G*eorgius de Gemmyngen* utriusque juris doctor prepoſitus eccleſie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam. Ea que ad laudem glorioſe virginis Marie conducere ſcimus tanto proniori voluntate

tate confirmamus quanto ſcimus apud unigenitum filium ſuum eam pro ſalute ſuorum fidelium jugiter intercedere. Sane cum in loco *Appenthale* Spirenſis diocefis noſtri archidyaconatus plures utriusque ſexus Chriſti fideles ex quadam ſua devocione quam ad eandem glorioſiſſimam habent virginem Mariam pias ſuas elemoſinas adeo affluenter contribuerunt ut de eisdem commode ibidem ſacerdotale poſſit beneficium inſtitui illuſtriſſimus etiam princeps noſter & dominus dominus *Philippus* comes Palatinus Rheni Dux Bavarie ſacrique Romani Imperii Archidapifer & princeps elector nos rogari fecerit per patentes literas ſue jlluſtriſſime dominacionis ſigillo munitas ut beneficium eccleſiaſticum ibidem inſtituere & confirmare vellemus juxta informacionem literis in eisdem contentam, nos vero attendentes ea que interdum ex preoccupatione aut nimia petentium importunitate petuntur ſepe a juris ordine & honeſtate deviare. Ex injuncto nobis officio cogimur illa precipue que divinum cultum & ejus reſpiciunt perſonas ad juris diſpoſitionem redigere. Hinc eſt quod literis prefati illuſtriſſimi domini principis palatini ad nos pro confirmatione perpetui beneficii antedicti delatis in quibus ordo & ſeries inſtitutionis fiende continebatur, per nos diligenter penſatis & maſticatis inſtitutionem perpetui beneficii Sacerdotalis in ſummo altari capelle Beate Marie virginis dicti Loci *Appenthale* duximus auctoritate noſtra ordinaria ut archidyaconus Loci modo & forma ſubnotatis ordinandam & confirmandam videlicet quod quilibet preſenta-

tus atque de dicto beneficio pro tempore investitus apud idem beneficium personaliter residere illudque in propria persona deservire debebit se ab illo nullatenus absentando nisi eidem ut se ab eodem beneficio absentare & per alium illud valeat deservire per prepositum pro tempore cum patronorum sive presentancium consensu fuerit licentia literatorie concessa. Qui beneficiatus pro tempore in dicta Capella atque altari deinceps perpetuis futuris temporibus singulis septimanis tres missas aut legere aut cantare debebit prout eum sua traxerit devocio & precipue singulis Sabbathinis diebus missam unam mane octava per hyemem & septima horis tempore estatis cum Campanarum pulsatione ut moris est ob illorum qui illuc peregrinantur devotionem celebrabit, talis etiam beneficiatus singulis festivitatibus gloriosissime virginis Marie per anni circulum occurrenti nec non in die dedicationis Capelle antedicte per se & non nisi corporali foret infirmitate detentus per alium suis expensis missam unam cum adjutorio plebani & primissarii in *Elmsteyn* pro tempore existencium qui sibi in singulis festivitatibus hujusmodi citra tamen matricis ecclesie prejudicium assistentiam facere teneantur solempniter decantabit. Idem insuper beneficiatus plebano in *Elmsteyn* in summis festivitatibus nec non singulis diebus dominicis in aspersione aque benedicte ac decantatione misse in ecclesia parrochiali nec non in aliis divinis officiis assistentiam debitam facere debebit preterquam confessiones audiendo baptisando verbum Dei seminando & alia horum similia ipsi soli ple-

plebano incumbentia nisi cum forte aliquando urgens id expeteret necessitas que legem non habet, ut beneficiatus ipse in hijs vel eorum aliquo vices plebani casualiter vel eventualiter abesse contingentis pro ea vice supleret a quo se ex tunc etiam nullatenus subtrahere debet Item quilibet beneficiatus pro tempore dicti beneficii in singulis per eum modo premisso decantandis & legendis missis citra collectas juxta temporis exigenciam occurrentes has superaddere habebit atque debebit collectas unam videlicet de beata virgine Maria juxta temporis cursum aliam vero pro pace & terciam pro dicti beneficii Institutoribus dotatoribus atque benefactoribus tam vivis quam defunctis presentibus & futuris quorum etiam omnium & singulorum & precipue dicti Illustrissimi domini principis palatini Rheni &c. & eius prosapiei pro vivorum videlicet prospero & salubri successu & eterna mortuorum requie memoriam habebit devotam. Aliis etiam presbiteris illic ex devocione celebrare desiderantibus ornamenta & alia ad hec requisita ministrabit, Quociens vero beneficiatus dicti beneficii pro tempore unam vel plures in Ebdomeda missas ad quas ex presenti institutione ut premittitur tenetur neglexerit eandem sic commissam negligenciam in octo diebus immediate subsequentibus supplebit, quod si non fecerit juratis dicte capelle pro qualibet missa neglecta unum solidum denariorum in divini cultus augmentum ibidem convertendum irremisibiliter in penam negligentie persolvet & nihilominus punitioni ordina-

rie ſubjacebit. Item quod jurati dicte Capelle in Appenthale pro tempore exiſtentes plebano matricis Eccleſie in *Elmſteyn* ſimiliter pro tempore exiſtenti pro omni Jure atque porcione que ſibi plebano de antedicte capelle filialis contributionibus Elemoſinis offertoriis piisque elargitionibus ac aliis quibuscumque obventionibus & emolumentis competunt in preſentiarum aut competere poterunt quomodolibet in futurum ſeptem florenorum Rhenenſium ipſi plebano ſingulis futuris atque perpetuis annis de feſto ſancti Martini Epiſcopi libere & irremiſſibiliter cedentium penſionem annuam atque perpetuam comparabunt & illam plebano ſufficienter & evidenter aſſecurabunt qua etiam plebanus pro tempore contentus eſſe debet. *Item* quod omnes & ſingule contributiones Elemoſine oblaciones pieque elargitiones & alia quecumque obventiones & emolumenta dicte capelle in *Appenthail* ex nunc & in futurum quomodolibet obvenientes & obvenientia jn nullius alterius preterquam ſalvis capelle hujusmodi & illius fabrice uſum & utilitatem pro divini cultus augmentatione in Laudem & honorem glorioſiſſime virginis Marie eiusdem capelle patrone citra tamen ſuperioris & cuiuscumque alterius intereſſe habentis preiudicio cedere debeant de quibus etiam Elemoſinis Jurati dicte capelle pro tempore exiſtentes nobis ut archidyacono loci noſtrisque ſucceſſoribus aut officiali noſtro illive ſeu illis qui per nos vel ſucceſſores noſtros ad hoc deputati fuerint intereſſentibus etiam illis ſi quis prefatus illuſtriſſimus dominus prin-

princeps palatinus Rheni &c. ejusque heredes & ſucceſſores ex parte ſui decreverint ſeu voluerint Intereſſe rationem reddere teneantur fidelem Item quod beneficiatus pro tempore dicti novi beneficii juratos Eccleſie ſuper ulterioris competentie aſſignatione niſi in quantum ſibi de jure competere poteſt impetere non debet Item quod jurati dicte capelle omnia ejusdem capelle ornamenta miſſalia Luminaria calices hoſtias vinum miſſale ſal, oleum & alia neceſſaria correquiſita de ipſius capelle obvencionibus absque omni prejudicio dicti beneficiati comparare Et quociens una vel plures penſiones dicto beneficiato ut ſubſequitur nec non plebano in *Elmſteyn* ut premittitur reſpective cedentes per ſortis capitalis reſtitutionem reempte fuerint tociens dicti Jurati hujusmodi ſortem capitalem cum ſcitu & conſilio quorum intereſt in aliorum equalium penſionum comparationem cum evidenti & ſufficienti aſſecuratione convertere quantocius debebunt capellanus etiam ſive beneficiatus dicti novi beneficii pro tempore exiſtens omnem erga illos qui locum antedictum ex devocione peregrinacionis cauſa viſitare ſolent manſuetudinem & humanitatis benivolenciam ſtudeat obſervare ne illorum devotio a pio propoſito aliquatenus retrahatur Item quod plebanus in *Elmſteyn* pro tempore exiſtens omnes & ſingulas tam papales quam alias quascumque Indulgencias capelle antedicte jam forte conceſſas ac in poſterum concedendas dum & poſtquam a nobis & ſucceſſoribus noſtris vel Epiſcopo Spirenſi admiſſe fuerint ſingulis virginis glorioſe feſtivitati-

bus in cancellis per ſe publicabit ſin autem, capellano pro tempore dicti beneficii publicandi locum dabit. Item quod quilibet dicti novi beneficii capellanus pro tempore exiſtens domum habitationis nec non prata & quecunque alia eiusdem beneficii bona cenſus redditus proventus atque jura infra ſucceſſive deſcriptas atque deſcripta nihil de & ex eisdem ſine noſtro aut ſucceſſorum noſtrorum & aliorum quorum intereſt conſenſu & aſſenſu alienando vel jn mutando jn eſſe & debita cultura atque ſtructura conſervare, debebitque etiam capellanus pro tempore omni juri colligendi atque cedendi ligna nec non paſcendi, aquandi & communium bonorum utendi nec non in diviſione almende particeps eſſe illisque prout plebanus *in Elmſteyn* eis hactenus uti conſuevit ſine impedimento cujuscumque libere uti frui atque gaudere Item quod ex nunc in antea perpetuis futuris temporibus collacio ſeu jus preſentandi ad dictum beneficium quociens illius vacare occurrerit ad prefatum illuſtriſſimum principem & dominum dominum *Philippum* Comitem Palatinum Rheni ducem bavarie ſacrique Romani Imperii archidapiferum & principem Electorem eiusque heredes vel eos in quos hujusmodi jus preſentandi fuerit ab ipſis pro tempore translatum ſpectare & pertinere qui infra tempus a jure ſtatutum perſonam abilem & ydoneam jn ſacerdotio conſtitutam aut que infra annum a tempore adeptionis beneficii hujusmodi in presbiterum valeat promoveri prepoſito pro tempore eccleſie Spirenſis ad inveſtiendum preſentare de-

debebunt alioquin quod collatio seu jus presentandi ad dictum beneficium tociens quociens presentatores ipsi presentacionem hujusmodi infra dictum juris terminum facere distulerint sit ipso jure pro ea vice ad prepositum pro tempore libere devoluta, Sequitur nunc specificatio bonorum redditum atque pensionum quibus dictum novum beneficium per juratos dicte capelle extitit fundatum dotatum atque erectum. Imprimis videlicet domus & curia cum suis pertinentiis pro inhabitatione beneficiati Item duo jugera pratorum Item quindecim floreni annue pensionis apud moniales ad sanctum Lampertum sub pacto reemptionis comporati Item decem floreni annue pensionis quos dat *Conradus Frusinger* jn nova civitate sub simili pacto reemptionis Item quinque alii floreni annue pensionis quos dat *Wilhelmus Maler* in nova civitate Item quinque alii floreni annue pensionis quos dat domicellus *Henricus de Pagk*, qui unacum aliis precedentibus quinque florenis sub simili sunt reemptionis pacto comparati prout & quemadmodum in quibusdam patentibus literis de & super singulis pensionibus hujusmodi confectis quas in communi armario seu scrinio dicte capelle in *Appenthale* aut ecclesie parochialis in *Elmsteyn* sub tuta & fideli custodia reponi & diligentius conservari volumus plenius contineri dinoscitur & haberi. Nos vero *Georgius de Gemmyngen* doctor & prepositus prefatus de patrocinio gloriosissime & jntemerate virginis Marie singulariter confidentes ad ea que in eius laudem & honorem ad placandum pro humani ge-

generis salute unigenitum eius filium dominum nostrum Jesum Christum rite ordinantur nostre mentis oculos cordiali desiderio affectanter flectimus ac pio instituentium proposito favorabiliter ut decet annuentes Institutionem dotationem & erectionem dicti novi beneficii nec non ordinationem nostram hujusmodi omniaque alia & singula premissa sub eisdem modo & forma quibus exprimuntur auctoritate nostra ordinaria ut archidiaconus Loci de consensu & assensu honorabilis viri domini *Pauli Burckardi* moderni plebani ecclesie parrochialis jn *Elmsteyn* cui dicta Capella *in Appentbale* dinoscitur subesse ratificandum approbandum & confirmandum nec non honorabilem virum dominum *Johannem Hunerfaudt de Germersheym* Spirensis diocesis in sacerdotio constitutum nobis per prefatum Illustrissimum principem dominum PalatinumRheni &c. dicti novi beneficii patronum legitime presentatum recepto primitus ab eodem domino presentato obediencie & alias solito & consueto juramento ad id ipsum novum beneficium investiendum & instituendum sibique de eodem in Dei nomine providendum duximus prout respective ratificamus approbamus, confirmamus investimus instituimus & providemus per presentes mandantes in Christo nobis dilecto Decano capituli siue decanatus ruralis in *Ugelnheym* dicti nostri archidyaconatus & aliis quorum interest quatinus sub obediencie nobis prestite debito accedentes quo & ubi propterea fuerit accedendum prefatum dominum *Johannem Hunerfaudt* sic ut premittitur per nos investitum vel procuratorem

suum

ſuum legitimum pro eo & eius nomine jn & ad dicti novi beneficii juriumque & pertinentiarum omnium eiusdem corporalem realem & actualem poſſeſſionem inducant facientes ſibi de univerſis & ſingulis ipſius beneficii fructibus cenſibus redditibus proventibus juribus & obventionibus ab omnibus quorum intereſt plenarie & integre reſponderi nec non a dicti capituli confratribus & concapitularibus in confratrem recipi & concapitularem adhibitis ſolempnitatibus in hijs fieri ſolitis & conſuetis. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas per notarium publicum ſcribamque noſtrum infraſcriptum exinde fieri noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri Datum anno Domini Millesimo quadringenteſimo nonageſimo tercio *feria tercia proxima pro feſtum ſancti Johannis Baptiſte* viceſima quinta menſis junii.

LXV.

CONFIRMATIO DOMINI PREPOSITI PREINSERTIS LITTERIS TRANSFIXA.

Georgius de Gemyngen utriusque juris doctor prepoſitus Eccleſie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam ineffabilia glorioſe virginis Dei genitricis Marie meritorum inſignia deuota conſideracionis indagine perſcrutantes & intra noſtre mentis archana reuoluentes quod ipſa caſtiſſimo ejus utero prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas humane ſalutis

lutis auctorem protulit & apud eum quem maternis lactavit uberibus sedulas pro nostre fragilitatis expiacione preces effundit dignum quin potius debitum reputamus ut ea que ob sui nominis laudem & excellentiam nostre ordinarie autorisationis presidio solidemus, sane igitur exhibitis nobis pridem literis fundacionis dotacionis & erectionis novi beneficii sacerdotalis ad altare beate Marie virginis extra chorum Capelle in *Appenthale* Spirensis diocesis nostri archidiaconatus quibus presentes nostre litere sunt transfixe fuimus propter Illustrissimi principis & domini domini *Philippi* Comitis Palatini Reni ducis Bavarie sacrique Romani Imperii archidapiferi & principis Electoris dicti novi beneficii patroni erectoris atque fundatoris debita cum instantia requisiti & interpellati quatenus eiusdem novi beneficii institutionem fundacionem erectionem & dotacionem nec non omnia & singula in dictis fundacionis & institucionis Literis contenta auctoritate nostra ordinaria ut archidyaconus loci ratificare approbare & confirmare nec non honorabilem virum dominum *Johannem Filius* presbiterum Spirensis diocesis ad idem novum beneficium investire & instituere dignaremur nos igitur *Georgius de Gemyngen* doctor atque prepositus prefatus pio proposito dicti Illustrissimi domini principis favorabiliter anuentes dictas fundacionis institutionis atque dotacionis literas diligenter perspeximus vidimus & legimus in quibus inter cetera clausulam contineri reperimus de verbo ad verbum subsequentem Mere so stifften wir &c. Et licet in eadem prein-

ser-

ſerta clauſula inter cetera caveatur plebanum primiſſarium & capellanos contenta in ipſa clauſula acceptaſſe ratificaſſe & illis conſenſiſſe nos tamen ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum de premiſſis latius informari volentes honorabiles viros Dominos *Paulum Burckardi* plebanum & palladem primiſſarium in *Elinſteyn* nec non *Caſparem Hepp* & *Johannem filius* capellanos in *Appenthale* ſuper ratificationem & acceptationem preinſerte clauſule ipſos univerſaliter & etiam quemlibet particulariter contingentis diligenter inquiri fecimus qui namque plebanus premiſſarius & capellani ſic ut premittitur inquiſiti ac ipſorum quilibet dictas fundacionis dotacionis & erectionis literas ipſis de verbo ad verbum prelectas omniaque & ſingula in eis contenta & ſpecialiter clauſulam preinſertam pro ſe & ſucceſſoribus ſuis univerſis ultro libere & ſua ſponte ratificandas acceptandas & illis expreſſe conſentiendas duxerunt ac quilibet ipſorum ratificavit acceptavit atque conſenſit, unde nos de conſenſu acceptatione & ratificatione plebani primiſſarii & capellanorum jam dictorum legitime & ſufficienter certificati inſtitutionem dotacionem & erectionem nec non fundacionem dicti novi beneficii omniaque & ſingula in dictis dotacionis & erectionis literis contenta de conſenſu & aſſenſu dictorum plebani primiſſarii & capellanorum auctoritate noſtra ordinaria ut archidyaconus loci ratificandum approbandum & confirmandum nec non prefatum dominum *Johannem filius* in ſacerdotio conſtitutum nobis ad idem novum beneficium legitime preſentatum re-

cepto

recepto primitus ab eo obediencie & alias solito & consueto juramento ad idipsum novum beneficium jnvestiendum & instituendum sibique de eodem providendum duximus prout respective ratificamus approbamus confirmamus investimus instituimus & providemus per presentes mandantes in Christo nobis dilecto Decano sedis ruralis in *Ugelnheim* dicti nostri archidyaconatus & aliis quorum interest quatenus sub obediencie nobis prestito debito accedentes quo & ubi propterea fuerit accedendum prefatum dominum *Johannem filius* sic ut premittitur per nos investitum vel procuratorem suum legitimum pro eo & eius nomine in & ad dicti novi beneficii juriumque & pertinentiarum omnium eiusdem corporalem realem & actualem possessionem inducant facientes sibi de universis & singulis ipsius beneficii fructibus censibus redditibus proventibus juribus & obventionibus ab omnibus quorum interest plenarie & integre responderi nec non a dicti capituli confratribus & concapitularibus in confratrem recipi & concapitularem adhibitis solempnitatibus in his fieri solitis & consuetis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes nostras literas per notarium publicum scribamque nostrum infrascriptum exinde fieri nostrique sigilli jussimus & fecimus appensione communiri Datum Anno Domini M CCCC &c. quarto feria tertia proxima post diem beati Egidii.

2. Sept.

LXVI.

LXVI.

CONFIRMATIO BENEFICII IN BLEWSWEYLER. *

In dem namen des herrn amen. So die dinge zu dieſer zyt geſchehen durch hingangk der zyt mit vergeſs befleckt unnd abegenglich es ſy dan das ſie durch ſchrifftlich getzugnuſs verſorgt unnd geewigt werden. hierumb wir *jorg von Gemingen* Lerer jn geiſtlichen unnd weltlichen rechten dhumprobſt zu Spier bekennen offenbare unnd thun kunth allen den die dieſen brieff oder dieſe geinwertige geſchrifft ymer anſehendt oder horendt leſſen das fur unns offentlich erſchin iſt der erſame her *Niclaus Deck* frumeſſer des dorfs *Bluwſſwyler* jn unnſerem archidiaconat geſundts lybs volkomener ſynn unnd vernunfft ſagt unnd legt unns fur wie er zu mermaln jn ſynem gemut ernſtlich bedacht hett das Got unnſerm herrn nit loblichers auch aller criſtlichen menſchen ſele heyle nutzer unnd fruchtbarer were dan die ſtatige loſſunge und volbringunge der ampt der heyligenn meshe hierumb Got dem allemechtigen ſiner unbefleckten muter der Jungfrauwen Maria auch allem himelſchen heere zu lobe und ere Im ſinen vorfarn unnd eltern auch allen criſtglaubigen menſchen ſelen zu troſt unnd heyle het er von neuwen erhaben geordent unnd geſtifft ein prieſterliche pfrundt uff unnſer lieben frauwen altare in der gemelten pfarkirchen

Bluwſſ-

* In Decanatu Bergzabern ſub Archidiaconatu Majoris.

Bluwſſwyler gelegen der dan vormals mit funf gulden unnd iij. ſs. dn̄. gelts jarlicher gult begabet was, zu welcher ytztgedachter er der genant heren *Niclaus* ſtiffter die ſelben pfrund wytter von ſinen eigenen guttern gulten und zinſen alſo begabt unnd verſehen het das ſich ſollich gutter gulten zinſſ renth unnd felle Jarlich uff ein Somme dryſſig ein guldin gelts nach gemeyner achtung volligklich thun ertragen unnd erſtrecken mogenn nach jnhalt der regiſter, heuptbrieff unnd zinſsbuchs uber ſollich gult unnd gutere ſagennd die dan zu ewigen zytten zu beſchluſs unnd beheltnuſſe der itzgemelten pfarkirchen *Bluwſſwyler* gelegt unnd verſorgt doch einem beſitzer derſelben neuwen pfründenn dauon glaublich abſchrifft unnd *ob jn* noitd wurde die heuptbrieff oder das zinsbuch jn gerichten oder annders zu bruchen ſollen einer oder zwen des altars pflegere ſemlich brieff oder zinsbucher uſs der kirchen nemen unnd mit einem Caplan geen ſo dick jme zu Jnebringung der gulten unnd ſiner pfrunden halb not wurde jm byſtandt thun unnd darnach widder hinder die Kirch legen, demnach behielt jm her *Niclaus* ob er jn ſinem leben ein perſone zu derſelben pfrunde daglich benennen wurde das man jm die pfrundt nach ſinem toidt verlihen ſolt. Darnach ſatzt ſtifft unnd ornet der obgemelt herr *Niclaus Deck* das der vorgemelte pfrunden lehenſchafft ſo dick ſie ledige wirdt jm dem genanten ſtiffter ſinenn lebtagen us und nach ſynem tod den dryen gemeinden der dryer dorffer *Bluwſwyler*, *Obernhofen* unnd *Wyber* zu

ſteen

steen soll allso unnd jn dies wyss das dieselben dry gemeinden dieselbe pfrund so dick sie ledig wurdt eim fromen weltlichen priester oder der Jn einem iar priester werden moge unnd dem obgemelten her *Niclaus* gesypt oder verwant ist so ferre sie den haben mogen so ferre aber sie den nit haben mochten einer andern ersamen person us den dryen obgemelten dorffern der sanct Michels eygenn dartzu Jn mass wie vor daglich unnd geschickt were unnd ob man dieselbe personn in denselben dryen dorffern auch nit fuglich bekommen mocht, an andern enden unnd stettenn ein daglich persone suchen die dan dem stifft monster zusteende unnd sanct Michaels Kind were luterlich unnd miltelich umb Gotes willen lyhenn demselben einem Apt zu monster zu schicken der jn das dann eim dhumprobst zu Spier mit versiegeltem brieff unnd presentation jn uff sollich pfrundt zu Jnvestigiern unnd bestätigen Jn der zyt vom rechten uffgesatzt uberantworten soll unnd were es das sich die obgemelten dry gemeinden sollicher Lehenschafft unnd Lyhung der vorgedachten neuwen pfrundten nit gutlich vertragen unnd zwytrachtig wurden also das sie dieselbe pfrundt wie gemelt zu vier wochen den nechsten nach dem unnd sie ledig wurdt zu obgerurter mass nit gelyhen hetten so soll alsdann ein Apt zu monster die lyhenn so aber ein Apt zu monster die jn dryen monat darnach nit lyhe so soll ein dhumprobst zu Spire der dan zu zytten ist dieselbe pfrund das selbe mall unnd nit wyther zu lyhen unnd daruff jnuestigiernn gantz moge unnd

 macht

macht han unnd ſoll alsdan ein iglicher pfrundner dem ſollich pfrund geluhen unnd daruff Inveſtigiert wurdt uff derſelben pfrund ſin perſonlich unnd ſtatiglich wonung haben derſelben pfrunden huſſ hoff unnd begriff auch alle andere derſelben pfrunden guter gult renthe unnd zins Jn gewonlichem redlichen bauwe unnd weſen hanthaben unnd halten unnd nymmer dhein abſens dauon fordern oder nemen dartzu alle wochen dry meſſen nemlich zwo uff zwen tag in der wochen jm fuglich ſindt unnd die dryt meſſe allein uff den ſambſtag von unſerer lieben frauwen uff dem obgemelten neuwen altar zu thun unnd leſenn. Auch einem pfarrer zu zytten zu *Bluwſswyler* iſt mit ſingen leſen am ſontage mit umbgeen mit dem wyhewaſſer unnd zu allen hochzytlichen feſtenn Sontagenn unnd ſonderlich mit namen ane den vier rechten hochzytlichen tagen unnd abenden Circumciſionis Epiphanie Cena Domini Paraſceves feriis ſecunda & tercia Paſce & Pentecoſtes Aſcenſionis Corporis Chriſti Johannis Baptiſte feſtivitatibus Apoſtolorum unnd allen hochzytten Beate Marie virginis getrulich byſtandt zu thun. Auch in notten unnd abweſens eins pfarrers ſo der redlich urſach halb nit aneheimiſch were den pfarkindern daſelbſt mit den heyligen ſacramenten unnd bichthorungen vorſehung unnd reichung zu thun verpflicht unnd dieſelb ſin pfrund Jn obgerurter form unnd maſs getrulich unnd vlyſslich doch an allen abbruch unnd ſchaden der dickgemelten pfarkirchen unnd irs pferrers zu zyten iſt zu verdienen nach dem und er darumb Got rechnung zu thun unnd

ſiner

ſiner oberſten ſtraffe vertwigen will ſin, were es aber das ein pfrundener der beſtimpten pfrunden an haltung und leſſung der gemelten dryer meſſen jn ettlicher wochen ſumig wurde unnd derſelben eine oder mere on redlich urſach verſumet unnd dieſelben verſumeten meſſen in den nehſten achtagen darnach volgendt nit erfullen wurde ſoll er alsdann den pflegern ſolliger beſtimpter pfrundt on all Inrede unnd one abloſslich ſo ſie zu zytten weren fur iglich verſumete meſſe ein pene nemlich viere ſchilling denar. uſurichten unnd zu betzalen ſchuldig unnd pflichtig ſin welche pene dieſelben pfleger alſo von Jme usheben unnd nit nachlauſsen ſonder ſollich pene zu beſchluſſ der Kirchen *Bluwſswyler* verſorgen unnd ſo ſich geheyſcht dieſelben pene der genanten pfrunden zu Bauw unnd beſſerung mit rath eins pfarrers und Kirchengeſwornen daſelbſt widder ane legen Es ſoll auch dies gegenwertige confirmation unnd beſtattigungs brieff eim iglichen beſitzer derſelben pfrunden Er er daruff Inveſtigiert oder beſtattigt wirdt gentzlich unnd vleyſslich vorgehalten unnd vorgeleſen werden der auch alsdan eym pferrer zu *Bluwſſwyler* mit nuwen an eidtſtat diſſe confirmation zu halten unnd nachzukomen globen unnd verſprechen ſoll, und uff das dieſſe confirmation unnd beſtattigungs brieff unnd was hirjnn geſchrieben ſteet deſte furderlicher unnd weſenlicher vollen furt unnd gehalten werde ſo ſollent zu allen zytten funff Erbere redlich perſonen uſſ den dryen gemeinden *Bluwſwyler Obernhoſen* unnd *Wyber* zu pflegern

unnd schaffner der obbestimpten neuwen pfrunde getzogen unnd genomen werden dieselben pfleger einem pfarrer zu *Bluwsswyler* Ire truw an eyds stat geben sollen getruwe furmynder unnd pflegere zu sin zu hanthabung der gemelten neuwen pfrunden getruwlichen vlyss uffsehung unnd ernst so ferre an jnen ist zu thun unnd ane zu keren das sollichs alles hier jn vor unnd nach geschrieben steet hinfurter zu ewigen zytten vollenfurt und jnwesen gehalten unnd so dick derselben pfleger einer oder mee von todt abginge oder sunst ursachen halb absteen wurde sollen alsdan unnd uff stund ander an jre stat mit glipt unnd eydt wie vorgemelt erwelt unnd uffgenomen werden zu thun und schaffen wie vorstett unnd vor *allen dingen* sollent sollich pfleger derselben pfrunden huss und hoff mit synem begriff unnd zugehorde alle jar zum mynsten ein mall vlyslich besehen unnd ob sie dasselbe huss ane einigen ende Buwfellig oder beschedigt finden sollen die gemeynden einem Caplan holtz dartzu geben unnd furen unnd alsdan ein Caplan sollichs uff sinen costen widder buwen decken unnd reformyrren unnd ob ein Caplan alsdan an sollichen buwe sumig wurde unnd vertzuge das doch nit sin soll so sollen alsdan die dickgemelte pflegere jn ander derselben pfrunden renthe gulte zinss nutze unnd felle griffen die zu jren handen nemen unnd vergenglicheit desselben huss unnd was darzu gehort widder buwen unnd bessern nach aller nottorfftigheit on allen Jntrage unnd hindernus eins caplans oder sunst allermenglich

von

von finet wegen unnd ob etwas von verfallen penen der messen halb vorhannden weren sollichs sall einem Caplan zuuor ane sollichem buwe unnd besserung zugestalt unnd uffgeben werden on alle geuerde weres aber das sollich pfrundehuff von eigenem fure oder durch Kriegsleyff abgebrandt oder zursterdt wurde so sollen alsdann dieselben dry gemynden zu sollichen pfrundhuff holtz nach aller notturff us iren dryen gemeinden dartzu sandt kalgk ziegell unnd stein furen unnd dasselbe huff widder stecken unnd kleyben desglichen sollen dieselben pfleger by jren glipten unnd eyden getrulich uffsehung unnd uffmerckung han uff derselben pfrunden wingarten wysen unnd andere guttere das dieselben jn rechten gewonlichem buwe unnd wesen durch ein pfrundner gehalten werden unnd wo ein Caplan sollichs nit thett so sollen alsdañ dieselben pfleger so dick das notd wurdt jn derselben pfrunden zinff renthe unnd nutze griffen die zu iren hannden unnd gwalt nemen on all Jnrede eins pfrundeners unnd domit solliche vuirfellige guttere widder zu buw unnd wesen bringen dieselben pfleger sollen auch eynem Caplan der genanten pfrunden nit erlauben oder gestatten die weld mit holtzhauwen zuuerwusten unnd sonderlich was von Eychin und dennyn holtz ist dasselbe heyen unnd wachsen laissen zu dem buwe unnd dem pfrundener Jarlichs dry oder vier kerch voll weychs holtz geben so ferre es da ist, unnd uber sollichs soll ein pfrundner nicht hauwen ane derselben pfleger wissen unnd willen die obgemel-

 te

te dry gemeynden handt auch verſprochen fur ſich unnd alle Jre nachkomen by den eiden dye ſie Jren herren gethan handt all obgeſchriben puncten unnd artickell die ſie beruren mit der lyhung pfleger ziehung unnd holtzgebung wie vor zu ewigen zytten ſo es noit geſchehe zu halten unnd hanthaben Es ſoll auch dieſſ confirmation unnd beſtättigung eyner iglichen perſonen dem dieſe pfrund geluhen werden ſoll vorhin vorgehalten unnd vorgeleſen werden jn maſſ wie vor ſteet der auch alsdan eynem pferrer zu *Bluſwyler* zu zytten iſt mit truwen ane eytd ſtat dieſe confirmation nach inhalt jrer puncten, unnd artickell nach ſinem allem vormogen unnd wiſſen an all geuerde zu halten unnd nachzukomen globen unnd verſprechen unnd daruber ſin erkentnus und verſchribunge gebenn die dan hinder die Kirchengeſworne derſelben kirchen *Bluwſwyler* geleyt unnd behalten werden ſoll unnd ſo dick unnd vill etlich zinſs unnd gulten ane dieſelbig pfrundt gehorendt geledigt unnd abegeloſſt ſollen ſie von ſtund darnach durch die gemelte pfleger derſelben pfrunden zum beſten unnd nutzlichiſten widder anegelegt auch ſollich gulten nach nottorfft verſchriben unnd die unnderpfandt mit jren anſtoſern erneuwet unnd erfriſchet unnd ſollich brieff unnd Jnſegell daruber begriffen Jn der gemelten pfarkirchen *Bluwſwyler* Kiſten unnd beſchluſs geleyt unnd verſorgt werden dartzu ein pferrer dantzumall zu *Bluwſſwyler* iſt auch ſin hilff rath unnd byſtandt thun ſoll unnd Jn allen dieſen hie vor unnd nach geſchriben dingen hat der gemelt

melt her *Niclaus Deck* ſtiffter unnd erheber ſollicher neuwen pfrunden Jm gentzlich vorbehalten ſollich pfrund ſin lebtagen uſs fur ſin ſelbs perſone zu beſitzen jnzuhaben zu nieſſen unnd bruchen nach ſinem willen unnd gefallen doch ſoll dieſſe gegenwirtige confirmation unnd ſtifftungs brieffe in der Kirchen zu *Bluwſwyler* beſchluſſ unnd beheltnuſs glich anndern pfrundten brieffen geleyt verſorgt und verſichert werden ſoll unnd will auch derſelbe ſtiffter ſollicher obgerurter maſſen unnd beſchwerdt der genanten pfrundt zugelegt ſinen lebtagen us ledig unnd vertragen ſin dan allein allwochen ein meſſe uff demſelben neuwen altare zu halten thun unnd leſſen verpflicht ſin will unnd nit wyther ongeuerdt. Unnd alſo nach allen obgeſchriben dingen ſin wir *Jorg von Gemyngen* Doctor unnd dhumprobſt obgemelt durch den genanten *Niclaus Decken* Stiffter diemuttiglich angeruffen unnd gebetten worden, das wir ſollich ſtifftung erhebung unnd begabung der gemelten neuwen pfrunden zu laſſen beweren bewilligen unnd beſtättigen wolten ſo wir nun ſollich des dickgemelten herr *Niclaus Decken* petde unnd begerung zimlich unnd gotlich vermerckten auch Gots dinſt ſo ferre an unns iſt altzyt verfliſſen unnd bereyt ſint zu meren. Dartzu auch gunſtiger verwilligung und zulaſſung des Erwirdigen Geiſtlichen Jn Got vatters herrn *Eucharien* Apts auch Priors unnd convends des ſtiffts zu monſter Sanct Benedicts ordens als paſtors unnd lehenherrn zu *Bluwſſwyler* obgemelt Juhalt in verſigelten brieff

 gleub-

gleublich nach nottorfft unnderricht ſin hierumb haben wir dieſelb ſtifftunge ſetzung unnd erhebung der megemelten neuwen pfrunden Jn obgerurter form und maſs zugelaſſen gelopt bewert unnd beſtättigt zulaſſen loben bewilligen unnd beſtattigen die auch alſo jn obgerurter form unnd maſs von unnſer ordenlicher macht unnd oberkeyt fur unns unnd all unnſer nachkomen mit unnd in crafft dies brieffs haben auch den megemelten herrn *Niclaus Decken* Stiffter als den erſten beſitzer uff ſollich genant neuw, pfrund Jnveſtigiert unnd beſtattigt. Gebietten daruff dem Erſamen herrn dem Dechan des Capitels *Rorbach* unnd wem das zu thun zuſteet denſelben her *Niclauſen* furter zu beſitzung derſelben pfrundt jn zu furen jn zu ſetzen unnd dem volck daſelbſt fur ein rechten beſitzer unnd pfrundner derſelben pfrundt offentlich zu verkunden unnd zu gebietten jm aller renthen gulten zinſen nutzen unnd fellen dartzu und daran fallend zu antworten gehorſam unnd gewarttige zu ſin mit anndern zugehoreden ſolemniteten unnd herligkeyten ſich dartzu geheyſchen. Hernach volgent die geltgülten unnd ſteet ye ein pfundt pfenning mit zwentzige pfund pfenninge zu loſſen die zuſamen gerechnet all jare uff eylff pfundt unnd drutzehen Schilling dñ. ertragen mogen daruber dan zinsbucher unnd regiſter gemacht unnd begriffen ſin darnach ein Keſtenbaume ſtucke iſt geacht järlich uff zwey pfundt dn. gelts. Item drithalb morgen wyſen genant die neuw wyſe jm bruche gelegen tregt jars zwey pfund dñ. gelts

Item

Item zwolff achtel korns unnd zwolff kappen ewige von einem gut zu Hergerswylrer gelegen inhalt eins versiegelten brieffs daruber sagen Item dartzu der genant her Niclaus Stiffter an sollich neuwen pfrundt gegeben diese hienach geschriben Ligende guttere mit namen vier Schmell wingarts jm obern Letten zwischen Jmharts Hemisell unnd Bernharten dem weydman gelegen Item ein viertell wingarts jn dem nydern Lethen zwischen Richen Adam unnd Contzen petern gelegen Item ein viertell wingarts genant der swartz wald neben der neuwen kamerden stosset uff den wege Item ein halben morgen wingarts uff dem Kirchberg neben hanns Jmhart unnd debolt Schmidt. Item ein morgen wingarts unnd acker uff dem Ganchsberg neben dem pferrer Item ein stuck bosch jm weyd-haue neben heintz odenbach Item ein morgen bosch an der Schirmgruben zwischen Getzman unnd hanns engelman unnd zu vorne us dem Kreschborn by Heintz odenbach. Item ein morgen bosch am Jngell bohell oben an zymmer hensells In-gewenss neben Contz beckers bosch Item ein stuck bosch gelegen jm yden bosch neben Wilhelm machleymer Item ein halben morgen bosch uff der rechsteygen zwischen den herrn von monster unnd Lauwers Kinden. Item dartzu ein gut wolgebauwt huss hoff kelter keller Schuer stell unnd hoffreyt zwischen clauss Kelnern unnd der engel gassen gelegen unnd sint diese obgemelte liegende gutter geacht besser dan hundert unnd dryssig gulden zu warem urkundt unnd glauben

aller obgeſchrieben ding ſo han wir *Georg von Gemming* &c.

LXVII.

CONFIRMATIO NOVE PRIMISSARIE IN GUMMERSHEYM. *

Georgius de Gemyngen utriusque juris doctor prepoſitus Eccleſie Spirenſis ad perpetuam rei memoriam Inter cetera officio noſtro incumbentia onera hoc quaſi potiſſimum eſſe arbitramur ut ea que divini cultus reſpiciunt augmentum verbo ſtudeamus & opere favorabiliter promovere Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Validi viri *Orendel de Gemyngen* armigeri nec non univerſorum villanorum atque Incolarum ville *Gummersheim* Spirenſis dioceſis noſtri archidiaconatus petitio continebat quod cum olim non nulli Chriſti fideles pro devotionis zelo ducti certum altare in honore Sancte *Catherine* virginis & Martiris dedicatum & in eccleſia parrochiali dicte ville *Gummersheym* ſitum ſub ſpe futuri beneficii inibi ſucceſſu temporis inſtituendi & erigendi non nullis bonis immobilibus ſubſcriptis dotarunt ipſi exponentes eodem zelo ducti id quod per anteriores ſalubriter inchoatum eſt pie adimplere atque conſumare ac ad optatum finem deducere nec non In dicto altari ſancte *Catherine* perpetuum ſacerdotale beneficium

* Sub Decanatu Wiler in Archidiaconatu Præpoſituræ Majoris.

neficium primissaria nuncupatum erigi atque instituí cupientes prefatus *Orendel de Gemyngen* armiger duodecim florenos annue pensionis nec non jurati ecclesie predicte sex florenos ac quinque solidos & tres denarios similiter annue pensionis in augmentum bonorum & reddituum atque proventuum dicti stipendii sui altaris sancte *Catherine* pro fundatione erectione atque institutione perpetui beneficii sacerdotalis primissaria nuncupati pro omnium fidelium animarum remedio & salute pie libere ac perpetuo donarunt. In modum & formam subnotatos inprimis namque voluerunt dicti instituentes quod collatio seu jus presentandi ad dictam premissariam ex nunc pro hac prima vice & quociens illam de cetero vacare contigerit ad prefatum validum virum *Orendel de Gemyngen* armigerum quo ad vixerit & post eius obitum ad ipsius heredes videlicet seniorem & proximiorem masculini generis perpetuo spectare atque pertinere qui personam abilem & ydoneam actu sacerdotem vel eam infra annum a die adepte possessionis dicte primissarie in presbiterum valeat promoveri & ordinari nobis ut archidiacono loci ac successoribus nostris ad investiendum infra tempus a jure statutum presentare alioquin quod collatio hujusmodi tociens quociens prefatus *Orendel de Gemyngen* aut sui heredes illam ut premittitur infra dicti temporis a jure statuti spacium facere distulerint atque neglexerint ad nos ac prepositum pro tempore Ecclesie Spirensis ut archidiaconum loci ea vice ipso facto devoluta esse, debebitque js qui

ut

ut ſic pro tempore ad dictam primiſſariam preſentatus fuerit atque inveſtitus ſingulis ſeptimanis tres primiſſarias videlicet duas in dicto altari Sancte *Catherine* & unam in altari ſancti *Wendalini* in prefata Eccleſia parochiali in *Gummersheym* per ſe aut dum canonico impedimento prepeditus foret per alium juxta modum ſequentem ita tamen quod Dominicis & aliis feſtivitatibus quibus predicatio verbi Dei per plebanum ad populum de more fieri ſolet celebraturus non niſi poſt predicationis ſeu ſermonis complecionem aliis vero feſtivis diebus plebano non predicante ſed ſolum miſſam celebrante poſt offertorium plebani miſſam Incipiat perpetue celebrare nec non memorati *Orendel de Gemmyngen* armigeri ſuique patris *Johannis de Gemmyngen olim* advocati in *Germersheim* ac matris ejus *Brigide de Nuwenſteyn* ſuorum que progenitorum & aliorum inſtituentium predictorum in Specie ac omnium fidelium animarum in genere memoriam habere devotam nec non plebano dicte eccleſie in cantando legendo & etiam Subditorum confeſſiones audiendo ac eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrando fideliter aſſiſtere ipſumque plebanum in Legatis oblacionibus & aliis ſubvencionibus fideliter promovere nec ſibi de illis aut aliis quibuscunque juribus offertoriis & obvencionibus quicquam uſurpare vel appropriare necque ipſi plebano in aliquo ſubtrahere vel prejudicare nec non apud dictam premiſſariam perſonaliter reſidere Illamque in divinis & aliis incumbentibus oneribus citra tamen & preter ullum plebani pro tempore exiſtentis preiudicium laudabiliter

ter deſervire ipſiusque premiſſarie bona cenſus redditus proventus atque jura in eſſe ac debita cultura atque ſtructura pro poſſe & noſſe fideliter conſervare nec ſe ab ipſa premiſſaria absque noſtro aut ſucceſſorum noſtrorum indulto & licentia aliquatinus abſentare ſeque alias honeſte decenter atque exemplariter regere atque dirigere Et ſi in aliqua Ebdomada dictas tres miſſas ex rationabili forte cauſa non omnes legere poſſet ſeu alias negligeret easdem ſic neglectas miſſas in Ebdomeda jmmediate ſequente ſupplere debebit atque tenebitur ita quod juxta numerum ebdomedarum ſemper trium miſſarum numerus adimpleatur voluerunt etiam dicti temporales ſeu judices loci videlicet nobiles de *Ramberg* & nobiles de *Steyne* infra nominati ac tota communitas dicte ville *Gummersheym* premiſſarium pro tempore in uſu & fruicione nemorum ſilvarum lignorum paſcuorum adaquationum & almendarum quemadmodum plebanum dicte participem eſſe ac illis libere uti frui & gaudere poſſe, contradictione cujuscunque non obſtante, inſuper voluerunt & ordinarunt dicti inſtituentes quod omnes & ſingule tam penſionum quam alie quecumque Littere dicte premiſſarie in Communi ſcrinio atque armario prefate Eccleſie fideliter recludi atque conſervari Et quociens una vel plures penſiones ad dictam premiſſariam cedentes & ad ipſam ut premittitur donate per ſortis capitalis reluitionem reempte fuerint tociens jurati eiusdem Eccleſie hujusmodi ſortem capitalem cum ſcitu & Conſilio quorum intereſt in alternis vel aliarum pen-

ſionis

ſionis ſive penſionum equalis vel equalium comparationem cum evidenti & ſufficienti aſſecuritione quam tocius convertere debebunt atque teneantur quare prefatus *Orendel de Gemyngen* ac alii inſtituentes predicti nobis humiliter ſupplicari fecerunt quatinus inſtitutionem erectionem & dotacionem dicte premiſſarie omniaque & ſingula premiſſa ut archidiaconus loci ratificare approbare atque confirmare illis eciam ut & tanquam paſtor dicte eccleſie in *Gummersheym* noſtrum benignum favorem conſenſum pariter & aſſenſum adhibere dignaremur nos igitur *Georgius de Gemyngen* doctor prepoſitus ac paſtor prefatus attendentes quod juſtis petentium deſideriis nos facilem decet preſtare aſſenſum Inſtitutionem Erectionem atque dotationem hujusmodi ac omnia & ſingula premiſſa ſub eisdem modo & forma quibus pre exprimitur auctoritate noſtra ordinaria ut archidiaconus Loci ratificandum approbandum & confirmandum Illis eciam ut & tanquam paſtor eccleſie predicte ſine tamen quocunque præjudicio plebani ibidem noſtrum benivolum conſenſum & aſſenſum adhibendum nec non honorabilem virum dominum *Johannem Mule* presbiterum Spirenſis dioceſis nobis per prefatum *Orendel de Gemyngen* pro nunc ad dictam novam primiſſariam pro hac vice prima legitime preſentatum per nos primitus ab eodem domino *Johanne* preſentato principali obediencie & alias ſolite & conſuete ad eandem premiſſariam novam inveſtiendum ſibique de illa debite providendum duximus prout ratificamus approbamus confirma-

mus

mus consentimus investimus instituimus & providemus per presentes mandantes in Christo nobis dilecto Decano capituli sedis ruralis in *Schwechenheym* dicti nostri archidiaconatus & aliis quorum interest quatinus accedant quo & ubi proptera fuerit accedendum & prefatum dominum *Johannem Mule* sic ut premittitur per nos investitum & institutum vel procuratorem suum legitimum pro eo & eius nomine in & ad dicte primissarie juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem corporalem realem & actualem possessionem inducant & inducti faciantque sibi de universis & singulis ipsius premissarie fructibus censibus redditibus pensionibus proventibus juribus obventionibus & emolumentis ab omnibus quorum interest plenarie & integre responderi nec non a dicti capituli Confratribus & concapitularibus in confratrem recipi & concapitularem adhibitis solempnitatibus in hiis fieri solitis & consuetis. Specificatio vero bonorum atque annuarum pensionum quibus dicta premissaria nova in presenciarum ut premittitur dotata est sequitur & est talis Et primo de bonis sancte *Catharine* undecim octalia siliginis vulgo *Sümerin* de bonis der *Wolffin* annuo in festo nativitatis Beate *Marie* virginis cedentia Item tres cum dimidio solidi denariorum quos annuo dat *Heyntzenhaus* Item decem solidi denariorum quos annue dat *Valentinus Hyne* Sequuntur tunc bona predialia eiusdem sancte *Katherine* ad dictam premissariam spectantia Et primo in Campo inferiori dicto jm nidern Schninfelde dimidius juger agri ab una *Jodocus Schmidt*

&

& alia partibus *claus hammelman* Item unus juger agri obwendig der Luſſwieſen ab utraque parte nobiles *de Steyne* Item unus cum dimidio jugeri agrorum confinantes uff dem ſtutzenden Sehe ab una *Stephanus Hyne* & ab alia partibus heredes *heylen* Item unus cum dimidio Jugeri agrorum in parvo campo inferiori ab una *Mundthans* & alia partibus libere ſeu proles *Merkelin* Item unum duale agri juxta *Stephanum hyne* habet partem tranſcendentem vulgo ein Uberſtosfell & alia parte *petrus heyln hans* Item unus Juger agri ab una nobiles de *Steyne* & alia partibus *Arckerhenſel.* Item unus Juger agri *Nydwenig* den nuin morgen ab parte die alt *Merckelin* Summa agrorum jm *nidern Schmidfeldt* ſeptem jugera & unum quartale. Sequuntur nunc agri in campo inferiori & primo unus cum dimidio jugeri agrorum indwendig der *Langen gewanden* ab una hoſpitale & alia partibus Clauſe *Schierlingk* Item unum duale agri confinans uff das *Birckich* ab una *wolff peter* & alia partibus nobiles de *Ramberg* Item unus Juger agri extendens ſe uff die *mittelgewande* ab una *hentze Schmidt rode* ab una *Johannes Schmidt* Item duo cum dimidio jugeri agrorum confinantes uff der *Grund graben* ab una clauſe *Schyrlingk* & alia partibus nobiles de *Ramberg* Item unum duale agri vor den *Erlern* ab una *Mundthans* Et alia partibus proles *Mercelini.* Item unum duale agri uff und abe ab una dictus *ackerman* & alia partibus *Jeckellinus* huppel Item unus cum dimidio Jugeri agrorum confinantes uff den *grundtgraben* ab una hoſpitale & alia partibus

die

die *Merckelin* Item unus juger agri uff unnd abe ist ein *anwender* ab alia parte *bentze Smitd* Item unus cum dimidio Jugeri agrorum Juxta superiorem fontem ab una *Mundthans* & alia partibus nobiles de *Ramberg* Item dimidius Juger agri uff den *Bruwel* ab una Sanctus *Martinus* & alia partibus Marchia ville *Bebingen*. Summa agrorum in Campo inferiori duodecim cum dimidio jugeri. Sequuntur nunc prata. Item primo una pecia prati in Marchia ville *Bebingen*. Item unus Juger prati jm *Bonensebe* ab una clausa *hammelman* & alia partibus *Merckels hensel* Item dimidius juger prati ab una hospitale & alia partibus nobiles de *Ramberg* Item ein mans macht vyesen ab una *mundthans* & alia partibus der Wyhergarten Item dimidius Juger prati quem recipit *damianus* pro dimidia parte siti *andreeslern* Summa pratorum sex Jugeri vel circa. Sequitur nunc specificatio annuarum pensionum per validum virum *Orendel de Gemyngen* Armigerum supranominatum ad dictam premissariam ut premittitur donatarum Et primo duo cum dimidio floreni in festo Sancti *Martini* cedentes quos annuo dat *Johannes Bubenrofs* In *Bebingen* Item duo floreni in festo Nativitatis beate *Marie* virginis cedentes quos annue dat *petrus Hefner* jn *Belnheym*. Item unus cum dimidio floreni in festo sancti *Martini* cedentes quos annue dat *Jodocus Gundhans* in *Gummersheym* Item duo floreni eodem festo sancti *Martini* cedentes quos annue dat *Jeckeling huppel* in *Gummersheym* Item duo floreni eodem festo sancti *Martini* quos dat dominus *Bernhardus vogel* plebanus in *Bebingen* Item duo floreni eodem festo

quos annue dat *Nicolaus Zimerman* & *jodocus* eius filius in *Veningen* prout ſuper ſingulis penſionibus tam particulariter pre Specificatis confecte ſunt litere patentes atque ſigillate & ad commune armarium ſupradicte Eccleſie in *Gummersheym* repoſite quos prefatus *Orendel de Gemyngen* armiger una cum ipſis penſionibus & omni jure ſibi ad illas competente ad dictam premiſſariam ut premittitur donavit. Sequuntur nunc alie penſiones per juratos eccleſie in *Gummersheym* de communibus obventionibus atque proventibus fabrice dicte eccleſie ac aliorum piorum elargitionibus ad dictam premiſſariam deputate atque donate.

Et primo duo floreni quos annui dat *Merckels* marcke de bonis ſuis ſubſcriptis videlicet de tribus jugeris & uno quartali agrorum über den *fryſpacher pfadt obſterlangs* Item de duobus dualibus agrorum tendentium uff den *huben graben* ab una *Georgius Klyngel hardt* & alia partibus *dollen* Item de duobus jugeris & uno quartali agrorum in der *mittelgewande* ab una *Petrus fruitzman* & alia partibus *Contzo Wyngarten* Item de uno cum dimidio Jugeris agrorum *nyedem by dem breiten wege* ab una *Johannes beyle*, & alia partibus uff den *vyher garten* ab una *Johannes de Ramberg* armiger & alia partibus *Merckeling* Item de parte ſua am *Nueſatze* Item de octo ſuo oben an der *merſert* ab una *eboldus mucke* Item tres cum dimidio modii ſiliginis & unius modius ſpelte quos dant jurati annuo nomine Eccleſie, qui taxati ſunt communibus annis

ad

ad valorem annuum duorum florenorum & si quid minus fuerit ipsi jurati nomine Ecclesie supplebunt Item dimidius florenus quem annuo dat *Jodocus Schweninger* de bonis suis subscriptis videlicet de uno cum dimidio jugeris agrorum vel circa sine phara sitis obwendig dem grasewege by den acht morgen Item de uno jugere agri in campo inferiori züchtuff die strasse ab uno *Contzo Koetz* & alia partibus *Stephanus Schmidt* Item alius dimidius florenus quem annuo dat Idem *jodocus Schweninger* de uno jugero agri in der *buben* ab una *Spierhans* & alia partibus *Stephanus Schmidt.* Item de quinque quartalibus agrorum uff dem *Eyter Bubel* ab utraque parte nobiles de *Ramberg* Item de uno duali pratorum uff der *Lusselbach* ab uno *Contzo Koetz* & alia partibus *Laurencius hyle* Item alius dimidius florenus de altari Sancti *Wendalini* quem etiam annuo dat jdem *Jodocus Schwenynger* de domo curia orto & attinentiis suis ab una *henslinus Nuss* & alia partibus *Merckels hensel* Item alius dimidius florenus quem annuo dat *Ortels hensel* de uno jugere agri in campo inferiori zücht uber den mitteln wegk, ab una nobiles de *Ramberg* & alia partibus — *Ortels hensel* Item de uno jugere agri im *sund rode* ab una *andreas voltz* & alia partibus *heyntz Schmidts Jost* in quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum nos *Georgius de Gemyngen* doctor atque prepositus supra nominatus presentes literas exinde fieri nostrique Sigilli jussimus & fecimus sub appensione communiri Et nos subscripti videlicet de *Ramberg* &

de *Steyne* armigeri ac domini temporales seu judices dicte ville *Gummersheym* tenore presentium publice fatemur atque recognoscimus nos una cum tota communitate eiusdem ville in concessionem fruicionis nemorum Silvarum Lignorum pascuarum adaquacionum & almendarum predictarum pro usu dicti premissarii pro nobis ac heredibus & successoribus nostris consensisse prout consentimus ac etiam ipsi premissario fruicionem hujusmodi perpetuo concedimus per presentes in cujus quidem consensus atque concessionis hujusmodi testimonium eiusque nostrum sigillum suum proprium tam pro se quam etiam communitate dicte ville *Gummersheym* ab ipsa communitate rogati sigillo supra dicti domini prepositi duxit coappendendum Et ego, *Orendel de Gemyngen* armiger tenore presencium similiter fateor me supra Specificatos duodecim florenos annue pensionis una cum pensionum litteris sigillatis desuper confectis ac omni jure nunc ad illas quomodolibet competente ad dictam premissariam modo & forma quibus supra pie libere atque perpetuo donasse assignasse atque tradidisse prout dono assigno & trado pro me & heredibus ac successoribus meis universis per presentes in cujus quidem donacionis assignacionis & tradicionis hujusmodi testimonium sigillum meum proprium sigillis prefatorum domini prepositi nec non de *Ramberg* & de *Steyne* armigerorum presentibus duxi similiter coappendendum. Datum &c. &c.

LXVIII.

LXVIII.

CONFIRMATIO TRANSLATIONIS JURISPATRONATUS NICOLAI STEDEN CIVIS ERFFORTENSIS IN SIFRIDUM ET OTTONEM ZIEGLER, EORUMQUE HÆREDES ALTARIUM SANCTÆ CRUCIS IN ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM, NEC NON SIMONIS ET JUDÆ IN ECCLESIA SANCTI BARTHOLOMÆI ERFFORTENSIS.

B*ertholdus* Dei gratia ſanctæ Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius ac Princeps Elector. ad futuram rei memoriam. Vices noſtras libenter impendimus ad ea, quæ veriſimiliter futuris temporibus litigia inter ſubditos noſtros ſperamus aufferri; ſane nobis expoſito pro parte providorum *Rudolphi Zieglers* & *Tilonis Zieglers* oppidanorum oppidi noſtri *Erffortenſis* filiorum reſpective & hæredum quondam *Sifridi* & *Ottonis Ziegler* fratrum patrum ſuorum, dum vixerunt. Qualiter quondam *Nicolaus Stede* oppidanus ſimiliter dicti oppidi noſtri *Erffurtenſis* pro ſe, ſuis hæredibus & hæreditatem recipientibus omne jus præſentandi ad Vicarias Sanctorum *Simonis* & *Judæ* altaris S ta crucis in Eccleſia omnium Sanctorum nec non altaris *Simonis* & *Judæ* apoſtolorum eorundem in Eccleſia parrochiali Sancti *Bartholomæi* oppidi noſtri *Erffurtenſis* ſæpeſati, ſi quod habuit & ſibi competebat, ſeu habere & ſibi competere poſſet,

 ceſſe-

cesserit & a se abdicaverit, omnibusque modo, via & forma, quibus potuit melioribus, in præfatos quondam *Sifridum* & *Ottonem* fratres & eorundem hæredum hæreditaria perpetua & Voluntaria donatione inter vivos transtulerit, prout in quadam littera translationis hujusmodi pergamenea ipsius quondam *Nicolai Steden* sigillo in pressula pergamea subimpendente sigillata desuper confecta hæc & alia plenius continentur tenoris subsequentis: Ich *Claus Stede* Burger zu *Erfurth* bekenne für mich, alle meine Erben und Erbnehmen, und thue offenbar kundt mit diesem brief allen, die ihn sehen, hören oder lesen, also umb die zwo Vicarien, die dan von dem geschlecht der *von Boitelstede* erst angestifft, gewidmet und instaurirt, deren eine in aller Heiligen Parrkirchen in die Ehre des Heiligen Creutzes, und die andere in der Parrkirchen sancti *Bartholomæi* in die Ehre *Simonis* & *Judæ* apostolorum zu *Erfurth* gelegen und geweyet sind, und als solch Lehen der obgenanten Vicarien von *Hanns von Bottelstede* uf *Jorgen* seinen sohn, neulichst verscheiden, denen Gott beyden gnädig seyn, und da dan uf Herrn *Sifrid* und *Otten Ziegler* gebrüder als ihre nächste Gesips Erben kommen und nächste Erbnehmen darzu sind, wohlich meynte von wegen meiner Momen *Nysen Hannsen von Bottelsteden* ehelicher Wirthin des genanten *Jorgen* Mutter alle Gottes seeligen, etliche gerechtigkeit darzu solt gehabt haben, und sich das also nicht erfindet, so ich dan selber des erkentnus wohl abgemercken kan, und

von

von denen Schrifftweisen unterweiset bin, daſs ich kein theil oder gerechtigkeit darzu oder an nicht habe; warumb ich obgenant *Claus Stede* für mich und alle meine Erben und Erbnehmen den obgenanten Ehren *Sifrid* und *Otten Ziegler* gebrüder und ihren Erben ſolch Lehen und Leyung der obgenanten beyder Vicarien, und darzu aller gerechtigkeit, ob wir der was daran hätten, oder haben mögten, der wir dan Je nicht, noch keinerley daran haben, ſo wir allerrechteſt können, ſollen und mögen, recht, redlich, Erblich und ewiglich mit gutem willen ufgegeben und verlaſſen, darzu auch alle Kuntſchafft und Urkunde, was wir derwegen gehabt haben oder haben mögten überantwort haben, Uns auch der und aller gerechtigkeit daran gäntzlichen verziehen, geeuſſert, verzogen haben, verlaſſen, verzeihen und geben ihnen die alſo uf gegenwärtigkeit in Krafft dieſes briefs und mit Urkund, und wollen ihnen auch ſolcher Verloſung, Verzicht und gerechtigkeit, ob wir deren was daran gehabt hätten, der wir doch Je nicht, noch keinerley daran haben, recht wahr und bekentlich ſeyn für Uns ſelber und allermänniglich anſprach Inlag und Verhindernus, gegen wem oder wie offt ihnen das noth iſt und ſeyn vermahnt werden, ohne allerley Intrag ufzug und ohne wiederrede, des alles zu rechter Urkund, ewiger Veſter haltung und wahrem bekentnus hab ich *Claus Stede* obgenant mein Ingeſigel für mich, alle mein Erben und Erbnehmen wiſſentlich an dieſen offenen brief

gehangen, datum ipso die sanctæ Luciæ Virginis anno Domini Millesimo CCCC° LVII°. Nobisque supplicato, quatenus cessionem & translationem hujusmodi aliaque in præinsertis litteris contenta ac descripta & inde secuta ac secutura authoritate nostra Ordinaria confirmare & approbare dignaremur, unde nos attendentes hujusmodi petitionem consonam rationi, easdem cessionem & translationem jurispatronatus & præsentandi hujusmodi vel quasi, aliaque in ipsa littera cessionis & translationis præinserta, contenta & inde secuta & secutura, ratas & gratas, ac rata & grata habentes, eas & ea auctthoritate nostra metropolitica confirmanda & approbanda duximus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus & approbamus Dei nomine, *in* his tamen omnibus Jure nostro Archi-*Episcopali* & loci archidiaconi semper salvis. datum apud arcem Sancti *Martini* in Civitate nostra *Moguntina* nostro sub sigillo die quinto mensis Novembris anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

LXIX.

CONFIRMATIO BENEFICII IN GOTHA.

B*ertholdus* Dei gratia sanctæ Moguntinæ sedis Archi-Episcopus, sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius Princeps Elector. ad futuram rei memoriam. Cum testante veritate

tate dantibus dabitur centuplum accepturis, quo nobis consultissime videntur, in temporalibus brevi fortunæ transitu subjectis in rem divinam collatis peccata abolere animabus Christi fidelium suffragia conferre atque in fruitione Dei sempiternam mentem confirmare studuerint porrectas nobis siquidem Sanctissimi Domini nostri Dni *Alexandri* Papæ sexti sub bulla ejus plumbea pro parte Honorabilis fidelis nobis dilecti *Heinrici Faust* Canonici, & præpositi Ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis oppidi *Gotha* nostræ diœcœsis reverenter accepimus, quorum tenor sequitur de Verbo ad Verbum in hunc modum: *Alexander* &c. fuitque inde nobis pro parte dicti *Heinrici* humiliter supplicatum, ut secundum narrata in supra scriptis apostolicis litteris contenta commissionem in eisdem nobis factam expedire, absolvere, & gratiose prosequendo petita concedere dignaremur; nos igitur rem divinam, ut tenemur, prosequi, saluti animarum prospicere, salutiferoque dicti *Heinrici* proposito favores impendere cupientes visa Verificationem devotionis & dotationis de florenis Rhenensibus quinquaginta annuis pro Capitali noningentorum florenorum, & sub pacto de revendendo ad Vicariam & altare pro eadem construendum emptis, cujus quidem dotationis per litteras patentes Sigillis præposituræ & capituli Ecclesiæ Collegiatæ in *Gotha* præfati Sigillatas nobis facta est fides, eandem donationem & dotationem imprimis acceptamus, laudamus & approbamus, dantes licentiam construendi altare in Ecclesia Collegiata

beatæ Mariæ Virginis prædicta ſub invocatione Sanctorum Simplicij, Fauſtini, beatorum Uberti ac Wendelini martyrum & confeſſorum, nec non Barbaræ Virginis & ad ædificatum altare prædictum in Dei nomine Vicariam perpetuam erigimus, & beneficium Eccleſiaſticum & titulum ibidem conſtituimus, dictamque dotem florenos quinquaginta annuorum in dotem auchoritate, qua fungimur, aſſignamus, uſufructum etiam redituum ejusdem Vicariæ ſic erectæ, jusque conferendi hac prima Vice eandem Vicariam perſonæ idoneæ ipſi *Heinrico* præfato, quoad vixerit, reſervamus, volumus etiam & authoritate apoſtolica nobis commiſſa ordinamus, ut præſentante dicto *Heinrico* ad Vicariam præfatam, ac deinde *præſentato* ipſo vita functo, aut ſi dicta Vicaria per dictum *Heinricum* nulli collata fuerit, eodem *Heinrico* vita functo, Jus patronatus ſeu præſentandi perſonam idoneam ad dictam Vicariam, dum pro tempore vacabit, ſeniori Canonico præſentato dictæ Eccleſiæ in Capitulo ejusdem poſt dignitates inibi obtinentes præſidenti, & in eadem Eccleſia reſidentiam perſonalem facienti, inſtitutio vero perſonæ ſic præſentatæ, quæ in ſacerdotio actu conſtituta, aut ad illud infra annum a die præſentationis hujusmodi promovibilis exiſtat, Decano & capitulo prædictis pertineat, præſentatus etiam ut ſupra, & Singuli in dicta Vicaria ſucceſſores ſui Decano & Capitulo exhibere, ac promiſſiones & juramentum conſuetum ſponte facere & alijs in eadem Eccleſia perpetuis Vicarijs ſub jugo & obe-

dientia

dientia capituli hujusmodi existentibus in divinis moribus & habitu se conformare, & singulis Ebdomatis tres missas in dicto altari videlicet dominicis quintis & sextis feriis aut alijs diebus magis competentibus per se vel obstante legitimo impedimento per alium sub mulcta duorum solidorum denariorum Decano pro tempore existenti dictæ Ecclesiæ irremisibiliter applicandum, & quarta feria cujuslibet Ebdomatæ quartam missam cum succentore dictæ Ecclesiæ, cui dictus Vicarius de laboribus satisfacere debeat, de compassione gloriosissimæ Virginis Mariæ sub nota celebrare debeat, & teneatur; & si dictus Canonicus Senior in præsentando personam prædictam per mensem negligens fuerit, ex tunc mense hujusmodi elapso omnimoda dictæ Vicariæ dispositio ad eosdem Decanum & Capitulum pro ea duntaxat Vice pertineat, officium denique Thurificandi in Ecclesia præfata, quod per Decanum & capitulum hujusmodi ad eorum beneplacitum indistincte committi solet, dictam Vicariam pro tempore obtinenti pertineat, & ad illud exercendum, ac illa quoad hoc deputatus pro tempore facere consuevit peragendum sit astrictus, teneaturque etiam idem ut supra præsentatus die anniversarii pro dicto *Heinrico Fust* in dicta Ecclesia celebrandi ex dictæ Vicariæ reditibus sive proventibus duos florenos Rhenenses aut eorum valorem inter omnes Canonicos, Vicarios & beneficiatos dictæ Ecclesiæ, qui vigilijs & missis eisdem diebus interfuerint, ut eo devotius pro *Heinrico Fuust* prædicto, ejusque parentum,

rentum, progenitorum & benefactorum, ac etiam dilectorum filiorum *Henrici Kiesser* & *Appollonis Jungbanns* laicorum armigerorum qui doti Vicariæ hujusmodi subvenire promiserunt, animarum hujusmodi salute deputentur distribuere, & ex eisdem proventibus duos alios florenos Rhenenses Decano & Capitulo præfatis, & eorum collectori in quolibet festo sanctæ Walburgis annuatim in restaurum persolvere, & ad singulas missas in dicto altari celebrandas duas & non minus habere candelas, unum vero & oblatas ad sacraficium necessarias a fabrica dictæ Ecclesiæ recipere & oblationes, quas in dicto altari fieri continget, collectori Decani & Capituli prædicti fideliter reddere & præsentare, ac infra metas ejusdem Ecclesiæ continuam residentiam facere debeat & teneatur, duobus mensibus exceptis, quibus ex Licentia Decani & capituli prædictorum abesse poterit, & residendo in eadem Ecclesia præsentijs & emolumentis, prout alii dictæ Ecclesiæ Vicarij de obedientia prædicta nuncupati gaudent illaque recipiunt, gaudere posset & recipere, & si causa studij se absentare, aut ad romanam curiam hujusmodi accedere voluerit quod id fiat de speciali consensu & licentia dictorum Decani & capituli, & tunc tertiam partem fructuum sive redituum illius omnibus deductis duntaxat habere & percipere possit, reliquæ vero duæ partes una videlicet pro communibus præsentijs in Ecclesia præfata, & alia pro augmento fructuum sive redituum dictæ Vicariæ de scitu & voluntate Decani & capituli prædictorum

distri-

distribuantur, & convertantur, satisfacto nihilominus officio thurificandi prædicto juxta dictæ Ecclesiæ consuetudinem; quodsi Vicarius pro tempore existens pro supportandis oneribus, & alijs præmissis negligens fuerit & monitus unica monitione sub obedientia per Decanum & capitulum hujusmodi ad illa adimplenda contemserit illa adimplere, ex tunc Senior Canonicus & Decanus ac capitulum prædicti illum a dicta Vicaria destituere, & alium ad illam, ut præfertur, idoneum, & qualificatum præsentare & in eadem instituere possint respective, contradictionibus destituti, aut cujusvis alterius non obstantibus, & si contingat census pro dote dictæ Vicariæ emptos & deputatos pro tempore in toto vel in parte liberari vel redimi, ex tunc peccuniæ Capitales quantocius pro aliis censibus de Decani & Capituli prædictorum consensu exponantur, & littere desuper una cum aliis litteris dictam Vicariam concernentibus in custodia juxta privilegia & litteras capituli in speciali cista fideliter conserventur, nostris Ecclesiæque nostræ Moguntinæ ac successorum nostrorum superioritatibus juribus, Jurisdictionibus, reliquisque salvis semper manentibus. Nulli ergo omnino hominum liceat huic nostræ quinimo apostolicæ dispositioni, erectioni, fundationi, reservationi, ordiniationi ac authoritati quovis modo aut ausu temerario contraire, quinimo ea omnia plene, integre & inconcusse observari sub interminationis divinæ, ac sanctæ apostolicæ sedis nostræque indignationis pœna gravissima quam contra eviten-

tes

tes se noverint incursuros, non obstantibus, quibus Sanctissimus Dominus noster in præscripta Commissionis bulla prædictis voluit obstare. datum apud *Friburgum* constantiensis diœcœsis, agente ibidem conventu regio die decima octava mensis Januarii anno Domini Millesimo Quadringentesimo nonagesimo Octavo.

LXX.

ERECTIO BENEFICII IN NOVA CAPELLA SANCTI MARTINI IN CURIA ARCHIEPISCOPALI ERFFORTENSI SITI CUM ANNEXIONE ET PROVISIONE.

B*ertholdus* &c. ad futuram rei memoriam. inter curas multiplices, quibus rerum, negotiorumque occurrentium varietate distrahimur, illam libenter amplectimur, per quam nostræ provisionis ope divinus cultus augeatur, & defunctorum bona, quorum ad nos distributio devoluta existit, in pias operationes (quibus illorum purgantur culpæ) convertantur. de nostra igitur & antecessorum salute cogitantes, ac temporalia in spiritualia & transitoria in æterna, felici commercio commutare cupientes, novam Capellam in Curia nostra archiepiscopali oppidi nostri Erffortensis nostræ diœcœsis & in ea altare in honorem Omnipotentis Dei Sanctorumque Martini patroni nostri, & Nicloai Con-

Confeſſorum ac beatæ Annæ pro uno perpetuo Capellano, qui duas miſſas in Ebdomada, unam videlicet dominico de tempore & aliam Jovis diebus de Corpore Chriſti perpetuis futuris temporibus celebrare habeat in titulum perpetui Eccleſiaſtici beneficij fundavimus, ereximus & ordinavimus, fundamusque, erigimus & ordinamus per præſentes, & pro ſalario ſacerdotis miſſas hujusmodi pro tempore celebrantis dedimus, donavimus, appropriavimus & aſſignavimus, ac damus, donamus, appropriamus & aſſignamus vigore præſentium, annuos reditus infraſcriptos, videlicet unum talentum monetæ, in qua hæreditarius annuus cenſus ſolvi conſuevit, & novem denarios argenteos annui & hæreditarij cenſus, quem dat & ad dandum obligatus eſt, *Hanns Lupold* oppidanus dicti oppidi noſtri Erffortenſis de domo ſua ad angwillas communiter nuncupata, ſita infra metas parochiales Eccleſiæ novi operis. Item ſex ſolidos dictæ monetæ annui cenſus, quem dat *Curd Fleſcher* oppidanus præfati oppidi de quadam Vinea ſita in Valle fontis ſive putei empti ſub pacto de retrovendendo pro pretio ſex florenorum. Item duodecim floreni Rhenenſes annui cenſus empti a Decano & capitulo Eccleſiæ ſanctæ Crucis Northauſenſis noſtræ diœcœſis pro pretio ducentorum florenorum ſub pacto de retrovendendo juxta continentiam litterarum deſuper confectarum. Item duos florenos cum medio annui cenſus empti a præpoſito & conventu monaſterij Canonicorum regularium ordinis Sancti Auguſtini Erffurtenſis pro

pre-

pretio quadraginta florenorum sub pacto simili. Item septem sexaginta monetæ usualis annui census empti a *Hanns Pardiss* oppidano memorati oppidi infra limites parochialis Ecclesiæ omnium sanctorum commorante pro pretio centum sexaginta sub pacto prænarrato. Item unam sexagenam monetæ usualis annui census constituti & venditi per *Albertum Franck* in domo & curia sitam in plurali sive Bruleto pro pretio duodecim florenorum Rhenensium sub pacto suprascripto. Item unum florenum Rhenensem annui census constituti & venditi per *Bonifacium Byman* Villanum in *Gisbersleben* ex domo & curia suis sitis ibidem pro pretio viginti florenorum similium etiam sub pacto de retrovendendo. Item unam sexagenam cum media monetæ usualis annui census constituti & venditi per *Heinricum Gunstett* villanum in jam dicta Villa *Gisbersleben* viti ex certis agris & Vineis suis ibidem sitis. Item decem florenos Rhenenses annui census emptis a proconsulibus, consulibus & consulatu præfati nostri oppidi Erffurtensis pro pretio ducentorum & quinquaginta florenorum similium etiam sub pacto de retrovendendo. Item decem florenos annuos, quos Consulatus Erffurtensis annuo solvere tenetur, quorum medietas cedit in die beatæ Walpurgis, altera vero in die sancti Michaelis. Volumus insuper & ordinamus Jus patronatus sive præsentandi ad dictam capellam, dum & quociens illam deinceps præter quam pro hac prima vice vacare contigerit, ad Vicedominum, & si Vicedominus non fuerit, ad Sculte-

tum

tum nostrum, Jus vero instituendi ad eandem Capellam ad Judices generales & executores statutorum provincialium in dicto oppido nostro pro tempore existentes pertinere, & duntaxat presbiterum, vel saltem talem, qui infra annum ad sacerdotium promoveri valeat & velit, præsentari & institui, eo tamen servato, quod dicti Vicedominus aut Sculteus nostri nullam aliam personam, quam quæ per Nos aut successores nostros nominata fuerit, ad eandem præsentent; & quia antiquam capellam in dicta nostra curia ex causis animum nostrum moventibus destrui fecimus, & beneficij ad altare sanctorum quatuordecim adjutorum (quod inibi situm erat) reditus & proventus adeo tenues & exiles existunt, quod unius marcæ argenti secundum communem existimationem valorem annuum non excedunt, Idcirco hujusmodi beneficium, cujus collatio, provisio & omnimoda dispositio ad nos spectare dinoscitur, dictæ novæ Capellæ univimus, annexuimus, & incorporavimus, ac vigore præsentium unimus, annectimus & incorporamus, quod etiam beneficiolum Honorabilis devotus & fidelis nobis in Christo dilectus *Joannes Deynhardi* illius possessor, in finem, ut hujusmodi nostra unio suum debitum sortiri posset effectum in manibus nostris sponte & libere resignavit, nosque resignationem eandem duximus recipiendam, & admittendam ac recipimus & admittimus per præsentes, nec non capellam novam supradictam ab ejus primæva hujusmodi erectione vacantem unacum illi annexis

omnibusque juribus & pertinentiis suis Honorabili & devoto nobis in Christo dilecto *Joanni Veybanns* presbytero nostræ diœcoesis ob grata familiaritatis obsequia, quæ & Ecclesiæ Moguntinæ impendit, ac virtutum & meritorum suorum intuitu contulimus & assignavimus, ac de eadem providimus, prout tenore præsentium conferimus, assignamus & providemus, Honorabili devoto & fideli nobis in Christo dilecto *Joanni Sommeringen* Juris utriusque Doctori, sigillifero nostro Erffortensi committentes & mandantes, quatenus ipsum *Joannem Veybanns* vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem capellæ, juriumque & pertinentiarum prædictorum inducat, sibique de illius proventibus, juribus & obventionibus universis faciat plenarie & integre responderi, reditus vero annui dicti uniti beneficij sequntur & sunt hi: *Andreas Stockart* nunc in *Wechmar* commorans de domo sua sita infra limites parochiæ sancti Servatij Erffortensis dat duos florenos Rhenenses emptos sub pacto de retrovendendo pro pretio viginti quatuor florenorum similium. *Hanns Brachvogel* in *Vixich Leonis* dat unum florenum emptum pro pretio duodecim florenorum. *Paul Smock* in *Elxsleben* de domo sua & horto unum florenum emptum pro duodecim florenis sub dicto pacto. *Hanns Nepe* in *Benstatt* medium florenum emptum pro pretio sex florenorum. *Hanns Stubenrauch* in *Witerde* unum florenum cum medio emptum pro pretio decem & octo florenorum sub simili pacto. *Lorenz Stoltz* in *Erdfordia* in

paro-

parochia beatæ Mariæ unum florenum de Vinea in Valle rosarum emptum pro pretio duodecim florenorum sub eodem pacto de retrovendendo. Statuimus insuper & ordinamus, quod idem *Joannes Veybanns* & successores sui onera, quæ dicto beneficio unito imminebant, videlicet unam missam die Veneris in qualibet ebdomoda de sancta cruce, passione Domini vel tempore celebrent, & in singulis missis pro nostra & felicis recordationis antecessorum nostrorum, nec non quondam *Henrici Babentzen* Vicarij, *Wernheri Ertmar*, *Joannis Muth* canonicorum, dum vixerant, Ecclesiæ Sancti Severi. *Thomæ Merckel* civis, *Georgij Bernruter* Rectoris parochialis Ecclesiæ Sancti Pauli in dicto oppido Erffortensi, & *Ewaldi Wymar* Secretarij nostri omniumque fidelium animarum salute, qui ad dictæ Capellæ & altaris constructionem, erectionem & dotationem manus porrexerunt adjutrices orent, & memoriam agant fideliter & devote, quibus etiam, si & dum hujusmodi missas pro se celebraverint, illis diebus duntaxat de prandio in dicta nostra curia volumus provideri, volumusque, quod litteræ contractuum super annuis censibus ad dictam Capellam pertinentibus reponantur & maneant in scrineis seu Carthophilatio dictæ curiæ nostræ in speciali capsa sub fida custodia magistri coquinæ pro tempore existentis & quociens quis censum aliquem reemerit, reponantur peccuniæ in locum litterarum, donec in aliorum censuum emptionem utiliter possint expendi, quod de scientia & concilio si-

gilliferi pro tempore exiftentis fieri volumus, fi vero beneficiatus litteris hujusmodi ad lites vel ex alia rationabili causa indiguerit, extradantur, cautionem confcribat, qua fateatur fe tales litteras accepiffe, obligetque infra brevis temporis fpatium fe eas reftituturum, quæ quidem litteratoria recognitio & cautio in capfulam litterarum, quoad acceptæ litteræ reportatæ fuerint, locetur. In cujus rei teftimonium præfentes noftras litteras fieri & figilli noftri appenfione fecimus communiri datæ in arce noftra *Afchaffenburgi* die decima octava menfis Februarii Anno Domini Millefimo Quingentefimo.

LXXI.

CONFIRMATIO TRANSLATIONIS JURIS PATRONATUS CUJUSDAM ALTARIS IN PAROCHIALI ECCLESIA SANCTI LAURENTII ERFFORTENSI.

U*riel* Dei gratia S. fedis Mog. Archi Epifcopus &c. Omnibus præfentibus infpectoribus falutem in Domino et notitiam fubfcriptorum. exigit noftri paftoralis officij debitum, ut ea, quæ ex finceris piisque Chrifti fidelium mentibus, præfertim in divini cultus animarumque falutis augmentum procedere confpiciuntur, dum nobis offeruntur, paterno amplectimur affectu, hinc eft, quod nos pro parte Honorabilis devo-

ti

ti nobis dilecti *Joannis Alberstatt* Vicarij Ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis *Erfortensis* nobis exhibitæ petitioni inclinati quandam translationem seu donationem juris patronatus seu præsentandi ad altare Sanctorum Wenzlai & decem millium Martyrum in parochiali Ecclesia Sancti Laurentij oppidi nostri *Erffortensis* nostræ dioecoesis situm, per præfatum *Ioannem Alberstatt* in personas fidelium Nobis dilectorum Capitanei, & ex communitate hominum dictæ parochiæ duodecim aut quindecim Seniorum factam atque nobis sub instrumento publico manu nobis dilecti *Hermanni Stackelberg* clerici Paderbornensis dioecoesis notarij publici subscripto ob hoc oblatam cum omnibus & singulis capitulis, punctis & clausulis inibi insertis confirmandam, approbandamque duximus, atque authoritate nostra ordinaria præsentium tenore confirmamus, approbamus, & stabilimus, defectus, si qui forsan in eadem translatione seu donatione commissi fuerint, tenore præsentium supplentes, in cujus rei testimonium præsentes nostras litteras Sigilli nostri fecimus appensione communiri. datæ *Aschaffenburgi* die ultima mensis Augusti Anno Domini Millesimo Quingentesimo nono.

LXXII.

CONFIRMATIO TRANSLATIONIS, CESSIONIS ET ASSIGNATIONIS JURIS PATRONATVS QUATUOR VICARIARVM IN NORTHUSEN.

Uriel. &c. Univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, lecturis, ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Cum retroactis temporibus Honorabilis *Simon Urbich* presbyter noſtræ dioecoeſis Jus patronatus quatuor Vicariarum in Eccleſijs monaſteriorum beatiſſimæ Virginis Mariæ veteris Villæ & novi operis extra muros oppidi Northuſen dictæ noſtræ dioecoeſis ad ipſum *Simonem* jure hæreditario legitime ſpectans & pertinens *Joanni de Bula* & *Theoderico de Tuckinrode* armigeris titulo donationis legitime aſſignaverit, conceſſerit, atque in eos transtulerit, ac ſubſequenter generoſus *Henricus* Comes de *Schwartzburg* tunc Eccleſiæ noſtræ Moguntinæ Canonicus & archiepiſcopalis Curiæ noſtræ Erffordenſis proviſor donationem, translationem & ceſſionem Jurispatronatus hujusmodi aucthoritate officii & Commiſſionis ſuæ confirmaverit, approbaverit, & ratificaverit, prout in litteris præfati *Henrici* Comitis deſuper confectis & his noſtris annexis plenius continetur. Nos donationem, translationem & ceſſionem juris patronatus, necnon confirmationem, approbationem & ratificationem prædictas ratas & gratas habentes, ipſas præſentis Scripti patrocinio approbamus & ratificamus, atque aucthoritate noſtra

noſtra ordinaria de novo confirmamus, hæredibus legitimis præfatorum *Joannis de Bulen* & *Theoderici de Tuckinrode* jus patronatus, ſive præſentandi prædictarum Quatuor Vicariarum in Monaſterijs beatiſſimæ Virginis Mariæ villæ & novi operis extra muros oppidi *Northuſen* prædicti ſitarum perpetuis futuris temporibus prædicta auchoritate noſtra aſſignantes, & concedentes, noſtris tamen & Eccleſiæ noſtræ Moguntinæ juribus & Jurisdictionibus in præmiſſis ſemper ſalvis & illæſis permanentibus; in quorum fidem præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli juſſimus appenſione muniri. datæ apud arcem Sancti Martini in civitate noſtra *Moguntina* die quarta menſis Octobris anno Domini Milleſimo quingenteſimo decimo.

LXXIII.

DOTATIO ALTARIUM BEATE ANNE ET S. MICHAELIS IN ECCLESIA S. JOHANNIS HILDESH.

In nomine Domini Amen. Nos *Gerhardus* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus *Hildeſemenſis Ludolfus* Decanus ejusdem *Hildenſ.* Eccleſie ſancti *Johannis* in *Dammone* prope & extra muros *Hildensh.* recognoſcimus, & preſentibus publice proteſtamur, quod *Herzo de Barum* quondam Canonicus in dicta Eccleſia ſancti *Johannis* bonam voluntatem ac devotam intentionem Domini *Conradi de Here* quondam plebani in *Barum* pro augmento cultus divini in dicta eccleſia ſancti Jo-

Johannis pie conceptam innovare & reformare desiderans & intendens octuaginta marcas Hildensh. ponderis & valoris de suis & aliquibus ipsius Domini *Conradi* per mortem derelictis pro perpetua dote altarium beate Anne & beati Michaelis in ipsa ecclesia sancti *Johannis* fundatorum pro comparatione novem mansorum in campis ville *Bonyem* ante opidum *Bockenn* sitorum & viginti septem marcas ejusdem ponderis & valoris pro comparacione trium mansorum in *Dalem* & duodecim marcas pro comparacione annue pensionis unius marce in curia *Ebbingerode* pertinente ad monasterium sancte Marie *Richenberghe* nec non quinquaginta marcas quas tenentur solvere *Thidericus & Ernestus* fratres dicti *de Halle* filij quondam *Ernesti de Halle* impendit & donavit ita quod ipsa altaria duo perpetua beneficia debent permanere. Nos igitur matura deliberatione communique omnium nostrum beneplacito & consensu taliter decrevimus ordinandum & perpetuo observandum quod dicta altaria duo beneficia perpetua sint & permaneant & quod persone habentes dicta beneficia vocentur vicarij & sint sub obedientia Decani Ecclesie *Hildenshemensis* qui pro tempore fuerit ut Canonici in dicta ecclesia sancti *Johannis* sunt fuerunt & perpetuis temporibus permanebunt stallum eciam in Choro infra Canonicos obtinebunt, horas eciam ac vices in choro ut Decanus & scolasticus exsolvent & ad summam missam & alias Canonicorum missas ijdem vicarij debent interesse, sed eas celebrare non tenentur, quia altaria sua debitis cottidia-

nis

nis & specialibus missis officiare debent vel officiare procurabunt, videlicet vicarius altaris sancte Anne celebrabit has missas, Dominicis diebus de patronis, ferijs secundis pro defunctis, ferijs quartis pro salute vivorum ferijs quintis de corpore Christi ferijs sextis de sancta cruce. Vicarius vero altaris sancti Michaelis has missas celebrabit, Diebus Dominicis de sancta Trinitate, ferijs secundis de Angelis, ferijs quartis de omnibus sanctis ferijs quintis de sancto Spiritu & ferijs sextis pro defunctis & has predictas missas celebrabunt nisi festa majora occurrant. Candelas quoque oblatas vinum paramenta & libros ad divinum Officium suum de proprijs providebunt nisi forte quandoque ex speciali institucione vel legacione in ipsa ecclesia sancti *Johannis* haberi possint, oblata etiam ad ipsa altaria ante & infra missam Decani ipse Decanus percipiet & levabit, oblata vero post missam Decani ad ipsa altaria ipsi vicarij percipient & levabunt exceptis oblacionibus que ad dicta altaria offeruntur in festo Assumptionis Marie & in exequijs noviter defunctorum & tricesimis ac anniversarijs primis eorundem quas idem Decanus percipiet & levabit a quibuscunque offerantur ac etiam nisi fuerint specialia vota que secundum antiquam consuetudinem in usus ecclesie cedere debeant, exceptis etiam oblacionibus festorum Nativitatis Domini Pasche & Pentecostes que communiter inter Canonicos Decanum & scolasticum dividentur. Volumus eciam a procurationibus exactionibus contributionibus & alijs oneribus que in

ipsa ecclesia sancti *Johannis* ut in alijs ecclesijs fieri solent dictos vicarios liberos solutos & exemptos perpetue permanere. Preterea ordinamus & volumus quod dictorum beneficiorum seu vicariarum collatio apud Decanum Ecclesie *Hildensemensis* qui pro tempore fuerit perpetue permaneat & debeat permanere. Quodsi dictarum vicariarum aliquam vacaverit, Decanus Ecclesie *Hildensemensis* qui pro tempore fuerit, ipsam conferat & conferre debebit persone ydonee actu sacerdoti vel que infra annum proximum possit & velit in sacerdotem promoveri, eciam dicti vicarij de consolacionibus & distribucionibus anniversariorum memoriarum & festorum ante istam ordinacionem institutis penitus nichil percipiant, sed si in antea memorie anniversaria vel festa ordinata seu instituta vel alia legata fuerint in dicta Ecclesia sancti *Johannis* tunc si talis legacio seu institucio communiter facta fuerit, Canonicis & vicarijs ipsi vicarij de hijs habebunt & percipient prout legans vel instituens duxerit ordinandum & si solis Canonicis aliquid legatum seu donatum fuerit de hoc ipsi vicarij nichil habebunt, simili modo si solis vicarijs aliquid donatum fuerit seu legatum, soli vicarij percipient & levabunt. Nos igitur *Gerhardus* Episcopus *Hildensemensis* prefatus auctoritate nostra ordinaria prescriptam ordinationem bonorum seu pecuniarum legacionem predictorum beneficiorum seu vicariarum institutionem ac omnia alia & singula prescripta seu prenarrata ratificamus approbamus ac presentibus confirmamus mandantes nichilominus omnia & singula pre-

missa

missa ab hijs quorum interest vel intererit in futurum perpetuis temporibus inviolabiliter observari. In quorum omnium evidens testimonium sigillum nostrum una cum sigillis Domini *Ludolfi* Decani Ecclesie *Hildensemensis* predicti nec non Capituli ecclesie sancti *Johannis* in Dampmone prope & extra muros *Hildensemenses* presentibus est appensum. Datum & actum anno Domini M° CCC° octuagesimo in die sancti *Johannis* Baptiste.

24. Jun.

LXXIV.

SUPER PERPETUATIONE VICARIE EPISCOPI.

W*edekindus* Dei Gratia *Mindensis* Episcopus, *Wernerus* Decanus totumque Capitulum ejusdem Ecclesie omnibus hoc Scriptum visuris salutem in salutis auctore. Cum ad amputandum tam calumpnie tocius quam erronee dubitacionis Scrupulum dignum & perutile sit ea, que rationabiliter & ordinate fiunt Scripturarum perennis memorie commendari, ad noticiam presentium ac futurorum pervenire cupimus, quod nos attendentes molestiam nimis gravem & dampnum intollerabile provenire vicario Episcopi in Ecclesia nostra pro tempore existenti ex eo siquidem quod cedente vel decedente Episcopo idem Vicarius suo privetur beneficio, & quod ad illud alius assumatur, communi omnium nostrum voluntate

&

& consilio accedente statuimus quod sive Episcopus in Ecclesia nostra sive extra Ecclesiam eligatur & prebendam non habuerit, prebenda quam vicarius Episcopi obtinet Episcopali dignitati perpetuo sit annexa ita videlicet, quod vicarius qui tunc in ipsa vicaria inventus fuerit vel qui ipso cedente vel decedente substitutus fuerit in sepedicta vicaria cum prebenda supradicta semper sit perpetuatus nisi sibi rationabile quid obsistat. In hujus vero rei perpetuam noticiam presentem paginam inde conscriptam sigillis nostris fecimus roborari. Datum & Actum *Minde* Anno Domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto. Kalendis. Martii.

1. Martij.

LXXV.

SUPER PERPETUACIONE VICARII EPISCOPI.

Clemens * Episcopus servus servorum Dei dilectis filijs Capitulo Ecclesie *Mindensis* salutem & Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est & honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem Officij nostri ad debitum perducatur effectum, sane peticio vestra nobis exhibita continebat,

* Clemens PP. IV. qui die vigesima nona Novembris an. MCCLXVIII. Viterbij terrena reliquit

nebat, quod bone memorie *V.* * Episcopus *Mindensis* et Nos provida deliberatione pensantes quod indecens fuit & inhonestum ut cum aliquis Episcoporum *Mindensium* decessit aut cessit, presbiter qui vivente ipso Episcopo de concessione ipsius in Episcopali prebenda deserviverat ut vicarius *Mindensis* Ecclesie hujusmodi beneficio privaretur & illud per successorem premortui Episcopi conferretur, sicut fuerat in ipsa Ecclesia per multum temporis observatum communiter & concorditer statuistis, ut prebenda quam vicarius Episcopi *Mindensis* qui pro tempore fuerit, obtinet in Ecclesia supradicta Episcopali dignitati perpetuo sit annexa, ita videlicet quod vicarius qui inventus fuerit in ea sive de ipsa Ecclesia vel aliunde assumi contingat Episcopum, pro tempore vite sue in dicta prebenda perpetuatus existat, prout in litteris inde confectis predicti *V.* Episcopi & vestro sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati statutum hujusmodi sicut provide factum est ratum & firmum habentes illud auctoritate Apostolica confirmamus & presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Viterbij* secunda Jdus Julij Pontificatus nostri anno tercio. 14. Jul.

* Volquinus Ep. Mindensis.

LXXVI.

LXXVI.

SUPER ELECTIONE PREPOSITI MINDENSIS.

Preposito *Mindensis* Ecclesie viam universe carnis ingresso antequam de Successore ipsius tractaretur, canonici juraverant, quod quicunque inter eos Prepositus eligeretur, bona que in presenti habentur vacancia, non alienabit, sed alienata bona fide recuperabit & prebendam fratrum bona fide ministrabit, quam prebendam bona fide & sine dolo requiret. si vero prepositus in administratione prebendarum negligens fuerit, Decanus & quidam de Capitulo verbis pacificis ipsum commoneant, ut infra *mensem* neglecta suppleat, & si post admonitionem in ipso mense subtracta non dederit, nisi causam legitimam post ammonitionem ostendere valeat, scilicet grandinis, ignis & rapine communis, eo ipso a Prepositura cadat, & insuper in eligendo vel impediendo Successore suo vocem in capitulo non habeat ea vice, ut autem hoc juramentum a memoria non recedat & idem Prepositus si necesse fuerit suo valeat convinci juramento, hanc testimonij literam Episcopi nostri & ipsius Prepositi sigillis communivimus.

LXXVII.

LXXVII.

SUPER COLLATIONE PREPOSITURE HAMELENSIS.

Ego *Fridericus* dictus de *Eberſten* Cuſtos Eccleſie *Maguntine* preſentium inſpectoribus cognitionem ſubſequentium. Decanus & Capitulum *Hamelenſe* ad Prepoſituram ejusdem loci nos unanimiter vocaverunt, quibus aſſentientes per annos aliquot eandem Prepoſituram tenuimus contradicentibus tum venerabili Domino C. Abbate *Fuldenſi* ſuoque conventu quorum utique jure perpenſo & antiqua conſuetudine videlicet quod ad ipſum Dominum Abbatem dicte Prepoſiture collatio modis omnibus pertineret nos plenius vos de hoc inſtructi volentes facto inniti & a jure recedere dictam Prepoſituram in manus ipſius Domini Abbatis libere reſignauimus omnino exfeſtucantes quod nobis acquiſitum videbatur in ipſa Prepoſitura per Capitulum loci, Tandem vero Dñus Abbas de Conſilio ſui Conventus ipſam nobis contradidit, quam ſuo nomine pure recepimus, poſſidemus omni interverſione ceſſante ſigilli noſtri munimine preſentem paginam ad verum edictam confirmantes. Actum in Pallatio *Fuldenſi* ſub *Hertiwico* Decano *G. de Holtzkirgen* G. ſancte Marie *G*. Sti Michaelis *B*. ſancti Petri. *A*. ſancti Johannis *F*. in *Hunevelt* Prepoſitis & alijs quam pluribus tunc aſtantibus. Acta ſunt hec Anno Incarnationis Domini Milleſimo Ducenteſimo triceſimo quarto Kal. Martij. 1. Martij.

LXXVIII.

LXXVIII.

FUNDATIO ALTARIS BEATI PETRI.

W*idekindus* nobilis advocatus Ecclesie *Mindensis* dictus de Monte. Ea que laudabiliter geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore non immerito Scripturarum apicibus muniuntur. Noverint igitur tenore presencium Universi tam presentes quam posteri quod nos Cultum divinum ampliari cupientes ad honorem Dei Sancte Marie virginis Sancti Petri Apostolorum Principis & sancti Gorgonij Martiris pro remedio anime nostre & dilecte conjugis nostre *Rikesten* progenitorum nostrorum nec non heredum & successorum nostrorum perpetuam vicariam & altare de novo creavimus in Ecclesia *Mindensi*, quod altare de consensu conjugis nostre *Heinrici volquini* & *Gherardi* natorum nostrorum & aliorum heredum nostrorum consensu & voluntate accedente dotavimus cum uno manso in *Nesenen* sito & cum una domo in *Veltbem* & cum decima unius domus in *Meleberggen*, de qua decima *Gregorius* sacerdos a nobis institutus candelam nocturnalem ad prefatum altare ministrabit, quinquaginta etiam marcas argenti prefato altari contulimus ut inde bona comparentur de quibus vicarius altaris ejusdem possit commode sustentari, Preterea fructus decime in *Bordere* tribus Canonicis Majoris Ecclesie *Mindensis* videlicet *H.* Thesaurario *B.* de *Spenthoue* & *Ar.* de *Schynna* de con-

consensu filij nostri *H.* commisimus colligendos & annuatim tamdiu vendendos cum consilio ejusdem filij nostri quousque de pecunia sic collecta quinque plaustra te annone videlicet quinque maldra siliginis quinque ordei & quinque avene ad dotem predicti altaris valeant comparari, quibus comparatis & vicario dicti altaris assignatis idem sacerdos de ipsis in nocturnali candela perpetuo providebit & tunc mansus in *Nesene* domus in *Veltbem* & decima in *Melebergen* ad heredes nostros libere revertentur, si vero sepedictum presbiterum a nobis jam liberaliter institutum cedere vel decedere contigerit, justi heredes nostri alij sacerdoti vicariam predictam ad altare deinceps conferendi liberam habeant facultatem, qui canonice institutus & Decano Majoris Ecclesie presentatus obedientiam sibi faciet & choro deserviet sicut Vicarij *Mindensis* Ecclesie facere consueverunt ad altare suum, nichilominus missam unam diebus singulis ministrabit, ne autem hoc factum tam rationabiliter ordinatum possit aliquatenus violari, presentem paginam sigillo Majoris Ecclesie sigillo nostro & sigillo filij nostri duximus roborandam. Actum & Datum *Minde* Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, quinto idus octobris* presentibus universis Majoris Ecclesie Canonicis Dño *Lamberto* & *Reinbardo* de sancta Maria Canonicis presentibus etiam Dño *Heinrico de Lerbeke Heinrico* de *Eisberch Godescalco* & *Johanne Selcopp* militibus & alijs quam pluribus ad hoc vocatis & rogatis. * 11. Octobr.

LXXIX.

SUPER DUOBUS MANSIS IN HIDDE PERTINENTIBUS AD CAPELLAM IN HOCKELNE QUE NON NISI CANONICO CONFERATUR.

V*olquinus* Dei gratia Episcopus *O.* Prepositus *C.* Decanus totumque *Mindensis* Ecclesie Capitulum universis presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Quicquid ob Divini nominis cultum seu Ecclesiastice utilitatis profectum rationabiliter ordinatur, dignum est ut ad perpetuam rei memoriam scripture testimonio roboretur. Ea propter ad cunctorum notitiam volumus pervenire, quod cum olim pie memorie *Joannes* de *Dungerden* miles una cum uxore sua *Walburgi* ab ecclesia nostra *Mindensi* duos mansos sitos in *Hiddesen* qui dicuntur *Cappelhoue* pro feodo tenuissent ipso *Johanne* defuncto duo fratres *Thidericus* & *Johannes* dicti *Schoweben* eosdem mansos usurpantes a predecessore nostro *Ottone* Episcopo jure feodi similiter possederunt, Cum vero capellam sancte Crucis in *Hockelne* vacantem Domino *Henrico* tunc temporis Preposito monasterij monialium in *Overenkerken* in beneficium contulissemus ipse ob salutem anime sue jam dictos mansos a dictis fratribus ad usus prefate capelle perpetuos comparavit ea conditione ut post mortem suam quandocunque & quotienscunque dicta capella vacaverit uni de fratribus nostris concanonico videlicet per Episcopum qui tunc temporis fuerit, conferatur, ad quod nos et nostros

suc-

ſucceſſores in perpetuum duximus obligandos. Preterea conditionaliter eſt adjectum ut ſingulis annis predicte Domine *Walburgi* in die Dyoniſij Epiſcopi & Martiris videlicet ſeptimo Idus Octobris quamdiu ipſa vixerit a prefato Domino *Heinrico* et ſuis ſucceſſoribus in ipſa capella una menſura que vulgari noſtro dicitur *Wycmolt* annone videlicet cujus medietas ſit ſiligo & altera medietas ordeum cum duobus ſolidis *Mindenſibus* perſolvantur pro quo predicta Domina *Walburgis* aream quamdam ſitam in dicto *Hiddeſen* omne inſuper jus quod in dictis duobus manſis habere videbatur eidem capelle libere contulit & donavit, nos vero proprietatem eorumdem manſorum & dicte aree capelle contulimus memorate cum omni plenitudine ſui juris in ſilvis pratis agris paſcuis aquis & novellacionibus ſpem in eo ponentes a quo datum optimum eſt deſcendens. Volumus pretera quod Capellam habens eamdem omne jus habeat & exerceat quod ad dictos manſos in conſecrationibus noſcitur pertinere. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo noſtri Capituli preſentibus eſt appenſum. Datum & actum *Minde* in die Gregorij Pape Anni Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo. 12. Martij.

LXXX.

LXXX.

DE TRANSLATIONE COLLEGII IN LUBBEKE.

L*udolphus* Dei gratia *Mindensis* Ecclesie electus confirmatus omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noverint universi quod nos de benivolo consensu ac unanimi voluntate totius capituli nostri Conventum Canonicorum ecclesie nove Civitatis quondam ab ecclesia *Alethen* in ipsam novam civitatem per Ven. patrem *Volquinum* quondam *Mindensis* Ecclesie Episcopum translatum variijs malignantium molestijs in ipsa civitate attritum ac potentum injurijs lacessitum necessitatis utilitatisve causa in nostrum & Ecclesie nostre opidum videlicet *Lubbeke* cum omnibus suis juribus & pertinentijs transtulimus facientes ipsam ecclesiam in *Lubbeke* conventualem ut ab ipso conventu a nobis translato cum omnibus juribus possessionibus & pertinentijs possideatur libere sine fine, Collatio autem prebendarum hujusmodi vacantium ad nos & ad successores nostros perpetuo pertinebit eo duntaxat excepto quod vacante Decanatu Canonici eligendi de suo capitulo Decanum habebunt liberam facultatem, quem Canonice electum Episcopus *Mindensis* quicumque pro tempore fuerit, tenebitur confirmare sicut in eorum instrumentis originalibus plenius continetur. Translationem siquidem sic factam octo mansos unum in *Temenge* situm, curiam nostram in *Lubbeke* dictam *Domhoff* cum qua-

quatuor manſis & duos alios manſos ibidem & manſum Domine *Juſtine* ibidem cum obierit urgente nos & Eccleſiam noſtr: :n *Mindenſem* onere debitorum pro recuperatione novi Caſtri pro quadringentis quinquaginta marcis habendo militi dicto de *Mandeslo* datis de conſenſu capituli noſtri memorato Conventui vendidimus cum proprietatibus advocacijs agris cultis & incultis ſilvis nemoribus agris aquis pratis paſcuis vijs invijs ſervitutibus & pertinentijs quibuscunque, quam pecuniam recognoſcimus nos recepiſſe & in utilitatem noſtre Eccleſie convertiſſe ſicut ſuperius eſt expreſſum, proprietatem etiam bonorum ad nos & Eccleſiam noſtram pertinentium que pro centum marcis potuerunt comparari eisdem Canonicis in eodem contractu venditionis titulo aſſignavimus ita quidem ut cum primum eadem bona in parte vel in toto ab ipſis Canonicis fuerint comparata proprietas eorum apud ipſos permaneat ſine fine. Preter ea volumus & ordinamus ut aree predictorum Canonicorum emunitate gaudeant eccleſiaſtica & ea vigilijs tallijs ſeu collectis exactionibus & ab omni gravamine ſint expedite libere & exempte, adicimus etiam quodſi quispiam hominum neceſſitatis cauſa ad predictorum Canonicorum domos confugerit quantumcunque gravia maleficia perpetraverit non eſt ab eorum domibus extrahendus, & ſic predicti Canonici & eorum aree ea gaudebunt libertate quam dicuntur *Mindenſis* Eccleſie Canonici obtinere, Pretera adicimus ſicut in eorum originalibus eſt ſtatutum quod Canonici dicte Eccleſie in *Lub-*

beke parem cum alijs Canonicis teſtandi ſeu conficiendi teſtamentum de rebus quas habuerint vel acquiſierint etiam mobilia donandi pauperibus & amicis facultatem habeant jusque canonicatus in omnibus obtineant ita quod nulli prelatorum attribuatur poteſtas petendi vel accipiendi ſynodalia a Canonicis ſupradictis qui nobis & noſtris Succeſſoribus immediate ſuberunt & morientes annum gratie obtinebunt. Approbamus etiam quod Canonici ſupradicti ſacerdotes denarios unctionis viſitationis infirmorum & qui offeruntur in peculiaribus & in alijs miſſis quas celebrari contingat in Eccleſia *Lubicenſi* ſine adjutorio miniſtrorum jus ſaltem habeant ut quia plus habent timoris plus habeant commodi & honoris. Ceterum ne ſuper *collatione* Eccleſie de *Alethen* que quondam ad dilectum in Chriſto Archidyaconum in *Alethen* pertinebat & poſtmodum Decanatui nove civitatis perpetuo annexa eſt, queſtiones impoſterum ſuſcitentur, ordinamus & ſtatuimus ut ejusdem Eccleſie in *Alethen* collatio ad Archidyaconum ibidem pertineat hoc tamen ſalvo quod quicunque ſacerdos ab Archidyacono ibidem inſtitutus fuerit Capitulo Eccleſie *Lubbicenſis* cui incorporata exſtiterit duas marcas in feſto Michaelis ſingulis annis perſolvet inter ipſos Decanum & Canonicos equaliter dividendas, collatio autem Eccleſie in *Bottemer* que ad ipſos canonicos pertineat pleno jure ad eundem Archidyaconum ſimiliter pertinebit & ſacerdos qui eidem Eccleſie pro tempore deſervierit duas marcas *Bremenſis* argenti Decano & Capitulo predictis

in

in festo Michaelis singulis annis pro temporalibus ministrabit prout hactenus ministravit, ut per hujusmodi duarum Ecclesiarum predictarum Collationes Archidyacono in *Aletben* qui quondam dum conventum ibidem factum fuerat collacionem duorum beneficiorum videlicet Ecclesie in *Aletben* & altaris sancti Nicolai ibidem de quibus predictorum Canonicorum conventus factus fuerat, fiat perpetua recompensa, eundem etiam conventum a procuratione Archidyaconi de consensu ipsius archidyaconi facta sibi recompensa in perpetuum libertamus. Ne igitur super premissis scrupulosa questio valeat suboriri imposterum presens scriptum inde confectum nostro capituli nostri *Ludolphi* Archidyaconi in *Lubbeke Cusonis* Archidyaconi in *Aletben* & capituli quondam nove civitatis in *Lubbeke* translati sigillis fecimus communiri. Datum & actum *Minde* Anno Domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo quinto tertio nonas octobris.

5. Octobris.

LXXXI.

FUNDACIO ALTARIS OMNIUM SANCTORUM IN ECCLESIA MAJORI MINDENSI.

In nomine Domini amen. Anno Incarnacionis ejusdem M° CCC° Idus Maji. * Ego *Jacobus* Canonicus & Cantor Ecclesie Majoris *Mindensis* ca-

* 15. Maji.

ſus mortis qui infiniti ſunt prevenire cupiens in bona valetudine exiſtens hanc ordinationem feci, ſi morte mea infirmabitur, valituram, cum deambulatoria usque ad mortem ſit teſtatoris voluntas. In primis ſiquidem fidem Chriſti quam predicat ſacroſancta Romana & catholica Eccleſia credens & profitens animam meam reddo eidem dulciſſimo & pijſſimo Domino Jheſu Chriſto qui per ſuam affluentem miſericordiam, quando diſſolvetur a corpore ipſam recipiat ac in ſua faciat gloria collocari, eandemque commendo eccleſie ſancte ſue de rebus meis quas per laborem meum proprium acquiſivi ordino in hunc modum: Tres manſos & dimidium & quatuor jugera ſitos in campo *Mindenſi* & curiam in *Waluen* cum duobus manſis & fere dimidio quos comparavi michi *Wylhelmo Brunoni* & *Heynrico* fratribus meis cum meis & ipſorum denarijs, eidem fratres mei quam diu vixerint, poſſidebunt, & in illis uſum fructum habebunt, ſi ego morte preventus fuero priusquam ipſi moriantur, ſed poſtquam nos omnes mortui fuerimus predicta bona do & lego altari quod fundavi in Eccleſia Majori *Mindenſi* in honore omnipotentis Dei ſancte Marie & omnium Sanctorum ejus, ſacerdosque eidem altari deſerviens ſit vicarius in Eccleſia *Mindenſi* chorum frequentans & obedienciam Decano faciens ſicut alij vicarij facere conſueverunt, Idemque ſacerdos de predictis bonis memoriam mei & fratrum meorum in anniverſarijs noſtris peragat in hunc modum: ſexaginta ſolidos *Mindenſium* denariorum capitulo miniſtrabit, quorum denario-

rum

rum triginta ſolidos dabit in meo anniverſario, de quibus dabuntur ſedecim denarij ad oblacionem & candelam nocturnalem, octo denarij Camerarijs & campanarijs, reſidui denarij inter Canonicos & vicarios preſentes equaliter dividentur. De reſiduis vero triginta ſolidos decem dabuntur in anniverſario *Wylhelmi* decem in anniverſario Brunonis & decem in anniverſario Hinrici qui denarij inter Canonicos & vicarios preſentes eodem modo equaliter dividentur. Dabit etiam idem ſacerdos ad altare predictum perpetuo nocturnalem candelam, dicet etiam idem ſacerdos in omni ſeptimana unam miſſam de omnibus ſanctis, unam ſpecialiter de beata virgine & unam pro defunctis, in qua miſſa pro defunctis dicet ſpecialiter collectam pro Epiſcopis, ſacerdotibus Canonicis & confratribus Eccleſie *Mindenſis*, reliquas miſſas dicet de tempore prout congruit in qualibet ſeptimana, exceptis ſeptimanis paſcali, nativitatis Domini & Pentecoſtes' in quibus ſeptimanis predictus ſacerdos leget officia debita & conſueta. Jus vero patronatus ſive jus conferendi predictum altare poſt meam & fratrum meorum mortem do & lego Epiſcopo *Mindenſi* qui pro tempore fuerit, ut idem Epiſcopus conferat predictum altare cum vacaverit ſacerdoti ydoneo qui voluntatem meam prout ordinavi ſuperius in miſſis legendis & memorijs mei & fratrum meorum peragendis ſtudeat fideliter adimplere. Et ut iſta in oblivionem non veniant in futurum preſenti ordinationi Sigillum Venerabilis Patris *Ludolphi* Dei gratia Epiſcopi & ſigillum capituli Ec-

clesie *Mindensis* una cum sigillo meo rogavi apponi. Et nos Episcopus & Capitulum jam dicti pie ordinationi *Jacobi* faventes & proprietatem predictorum bonorum ad hoc dantes sigilla nostra duximus apponenda.

LXXXII.

SUPER CERTIS BONIS DEPUTATIS AD ALTARE S. PETRI.

G*odefridus* Dei gratia *Mindensis* Ecclesie Episcopus omnibus hoc Scriptum visuris salutem in Domino, Cum *Hermannus* dictus de *Svege* clericus zelo devocionis accensus in altaris ministerio *intendat* Domino famulari Venditaque parte hereditatis sue que ipsum ex successione hereditaria contingebat ad altare beatorum Apostolorum Petri & Pauli in medio majoris Ecclesie nostre de novo constructum cujus collacio ad Decanum qui pro tempore fuerit pertinebit, ejusdem hereditatis sue pecuniam applicuerit, donaverit ibidem perpetuo permanendam nec ad presens bona eidem altari competencia invenire potuerit, supplicatum nobis ex parte sui extitit ut quedam bona ad nostram Episcopalem *Mindensem* pertinencia laicisque obligata de manu recuperare sibi liceat laycali, nos supplicacioni hujusmodi inclinati de consensu capituli nostri permittimus ac tenore presencium indulgemus ut idem *Hermannus* curiam nostram in *Hille* dictam vorwerck & unam domum in *Vrotmede* & unam do-

domum in *Merteslo* de *Johanne* & *Ludolpho* fratribus dictis de *Berchusen* quibus predicta bona obligata fuerant pro octoginta & quinque marcis Bremensis argenti recuperet & cum omnibus juribus & suis proventibus libere & pacifice possideat fructusque qui inde percipi potuerint eidem *H.* & suis Successoribus qui in eodem altari Domino famulari debebunt in nomine Domini condonamus, eo tamen adjecto quod eadem bona per nos vel per Successores nostros quandocumque decreverimus recuperare poterimus pro eadem pecunie quantitate. In cujus rei testimonium presenti Scripto nostrum ac Capituli nostri sigilla apponi fecimus in majoris certitudinis argumentum. Datum *Minde* anno Domini Millesimo tricentesimo decimo septimo quinta decima Kalendas Junij.

18. Maij.

LXXXIII.

DOTACIO ALTARIS S. ANDREE.

Lodewicus Dei gratia *Mindensis* Ecclesie Episcopus omnibus hoc Scriptum visuris & audituris salutem in Domino sempiternam. Noverint universi presencium inspectores quod nos unanimi accedente consensu discretorum virorum Prepositi Decani & Capituli Ecclesie nostre predicte proprietatem trium mansorum cum curte sitorum juxta & in villa *Heberen* quos *Bernhardus* de *Werpe* famulus bone memorie nostre ecclesie Castellanus pro reme-

remedio anime ſue cum conſenſu uxoris ſue ac verorum heredum ipſius donavit ac legavit ad altare in eccleſia noſtra majori in honorem Omnipotentis Dei genitricisque ejus virginis Marie ac ſancti Andree apoſtoli conſtruendum conceſſimus ac donavimus concedimus ac donamus ad uſum prelibatum per preſentes. Inſuper eſt adjectum accedente conſenſu predictorum quod predicto altari clericus deinceps per nos perficietur qui ſe ad ordinem ſacerdotij faciat promoveri, qui clericus ad ampliandum cultum divinum chorum eccleſie noſtre predicte frequentabit & jure vicariorum cenſebitur & alia circa Decanum & capitulum ac chorum faciet ſecundum quod alij vicarij faciunt & facere conſueverunt, cui etiam altari idem *Bernbardus* manſum cum proprietate ſitum in *Merſcben* donavit legitimeque legavit ut ſupra, unde cum noſtris temporibus cultum divinum non imminui volumus ſed pocius augeri, predictum altare cum ſacerdote eccleſie noſtre predicte incorporamus perpetuis temporibus duraturis. In quorum omnium teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo capituli noſtri preſentibus duximus apponendum & nos Prepoſitus Decanus ac Capitulum eccleſie *Mindenſis* in omnium premiſſorum teſtimonium & conſenſum ſigillum noſtrum apponi fecimus huic ſcripto. Datum *Minde* anno Domini M° CCCXXVII. ipſo die nativitatis ejusdem.

25. Dec.

LXXXIV.

LXXXIV.

APPLICATIO QUORUNDAM BONORUM AD ALTARE DECEM MILLIUM MARTIRUM.

Lodewicus Dei gratia *Mindensis* Ecclesie Episcopus Prepositus Decanus totumque Capitulum ejusdem ecclesie omnibus hoc Scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Noverint universi presencium inspectores quod nos Dei gratia Episcopus predictus unanimi accedente discretorum virorum Prepositi Decani & capituli predictorum proprietatem advocatie quam *Wedekindus* nobilis Advocatus de *Monte* a nobis in pheodo detinet de curte & ei attinentibus sita in villa & juxta *Helen*, nosque Prepositus Decanus & Capitulum antedicti proprietatem ipsius curtis cum sibi adherentibus que ad nostram ecclesiam spectare dinoscitur, quas advocatiam & curtem cum sibi adherentibus idem nobilis advocatus & *Elisabeth* sua uxor de consensu heredum suorum pro remedijs animarum suarum donaverunt pureque contulerunt ad altare in ecclesia nostra majori in honorem omnipotentis Dei genitricisque ejus virginis Marie ac sanctorum decem millium martirum construendum donavimus contulimus ac conferimus ad usum prelibatum per presentes ita videlicet quod rector dicti altaris quicunque pro tempore fuerit XII. solidos Mindensium denariorum cum XII. pullis in festo beati Gorgonij singulis annis obedientiario in *Ber-*

singe-

ſingebuſen de dicta curte miniſtrabit. inſuper eſt adjectum accedente conſenſu predictorum quod predicto altari clericus per ipſum nobilem advocatum de *monte* vel ipſius heredes deinceps preficietur, apud quos jus patronatus remanebit qui ad ordinem ſacerdotij ſe faciat promoveri, qui clericus ad ampliandum cultum divinum chorum eccleſie noſtre predicte frequentabit & jure vicariorum cenſebitur & alia circa Decanum & capitulum ac chorum faciat ſecundum quod alij vicarij faciunt & facere conſueverunt. Item idem clericus vicarius presbiter miſſam ſui altaris proſedebit donec Ewangelium ſumme miſſe compleatur & circa miſſam ſuam ordine ſuo proficiendo ſe diſponat, dummodo aliud impedimentum *legitimum* non obſiſtat, unde cum noſtris temporibus cultum divinum minui non volumus pocius ſed augeri, predictum altare cum ſacerdote eccleſie noſtre predicte incorporamus perpetuis temporibus duraturis. In quorum omnium teſtimonium nos *Lodewicus* Epiſcopus Prepoſitus Decanus totumque capitulum ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCXXVIII.

LXXXV.

LXXXV.

FUNDATIO ALTARIS SANCTI DYONISII.

Nos *Lodewicus* Dei Gratia Episcopus & Capitulum Ecclesie *Mindensis* universis presentem paginam intuentibus cupimus fore notum, quod constituti coram nobis *Heyniko de Moninghuss* miles & filij seu heredes sui infra scripti, attendentes dictum Apostoli quod qui parce seminat parce & metet & qui seminat in benedictionibus metet vitam eternam, ob suorum & parentum animarum medelam & salutem altare quoddam in ecclesia nostra Majori fundare & dotare de bonis suis decreverunt, curiam quondam suam trium mansorum cum omnibus suis juribus & pertinentijs sicut subsequitur pro datione dicti altaris perpetuis temporibus liberaliter & corde puro deputando, litteram vero fundationis seu dotationis consensum omnium heredum quorum intererat continentem sub eorum veris sigillis non cancellatam non abolitam nec in aliqua sui parte viciatam nobis presentabant & legebant in Capitulo ut est moris, cujus tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: *In* nomine sancte & individue Trinitatis universis Christi fidelibus ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, Nos *Heyniko* Miles de *Monghusen Hillegundis* ejusdem uxor *Hardewicus* Canonicus Ecclesie *Mindensis*, *Justacius Thydericus Heyniko* & *Helenbertus* predictorum *Heynikonis* militis & *Hillegundis*

dis filij perhennem memoriam subscriptorum, parere parentibus dum vivunt ac preeminent & filialis honoris impendere obsequium, utique late claret, sed pro defunctis pijs adesse suffragijs & animabus eorum subvenire per pietatis opera lacius eluceset, hac igitur ratione Commoniti pro remedio animarum nostrarum ac nostrorum parentum & progenitorum altare quoddam pro Dei cultu ampliando in majori ecclesia *Mindensi* predicta unanimo Consensu nostri ac omnium nostrorum coheredum & heredum decrevimus & presentibus statuimus & arbitramur construendum, propter quod idem altare edificandum tanquam actu edificatum cum consensu & assensu omnium nostrorum heredum in honore omnipotentis *Dei* & gloriose matris sue Marie sanctique *Dyonisij* martiris ac omnium sanctorum cum curia nostra vulgariter dicta *Hoveld* sita juxta locum *Menebam* nuncupatum cum omnibus suis usibus pertinentijs fructibus & redditibus ac juribus universis prout sita est, campis silvis aquis pascuis pratis vijs & invijs ad satisfactionem ejusdem altaris vicarij dotavimus & presentibus dotamus sub conditionibus per eundem Vicarium servandis & cum consensu ejusdem Decani & capituli ecclesie statuendis volentes proprietatem bonorum predictorum a Domino feudi procurare ut ipse vicarius ad idem altare instituendus prememorato dotali censu libere gaudeat & fruatur. In cujus ordinationis nostre robur perpetuo valiturum hanc presentem conscribi paginam fecimus & nostrorum sigillo-

rum

um munimine roborari. Datum Anno Domini M° CCC XXXIIII.° ſabbato poſt converſionem beati Pauli Apoſtoli. Qua viſa & lecta ſupplicabant prefatus miles & heredes prenominati ut fundationi prefate conſenſum noſtrum adhibere & proprietatem dictorum bonorum cum a noſtra dependeat & procedat ecclesia, pro fundatione prefati altaris donare & legare dignaremur. Nos vero dictorum fundatorum pium penſantes affectum circumſtantijs conſideratis univerſis cultum divinum augeri noſtris cupientes temporibus ordinationem & dotacionem de dicto altari ut predicitur conceptas & factas ratificavimus & approbavimus ac de noſtro eſſe & fuiſſe recognoſcimus bene placito & conſenſu proprietatem curie & manſorum ut predicitur & ejus decime, ſi fundatores eandem apud altare manere voluerint & rectori altaris poſſeſſionem tradiderint hujusmodi beneficio concedentes immo appropriavimus & pleno jure appropriatos eſſe volumus per preſentes ordinantes nichilominus & de conſenſu fundatorum predictorum ſtatuentes proviſionem ſeu Collacionem Vicarie hujus ad Canicum qui beneficium Crucis in *Anmeslo* obtinuerit, perpetuo pertinere, Vicarius autem per eundem patronum preſentatus jure gaudebit in omnibus vicariorum aliorum noſtrorum & ſervabit conſuetudines eccleſie noſtre ſicut ab alijs ſunt hactenus obſervate, ſalvo tamen eo, quod nunc prima vice Dominus *Heyniko* miles vice ſua & Confundatorum perſone ydonee de hujusmodi beneficio poterit providere. In cujus rei evi-

evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Datum in Craſtino beatorum Philippi & Jacobi Apoſtolorum Anno Domini Milleſimo CCCXXXIIII°.

2. Maij.

LXXXVI.

DOTACIO ALTARIS UNDECIM MILIUM VIRGINUM.

L*odewicus* Dei gratia *Mindenſis* Eccleſie Epiſcopus omnibus preſens Scriptum cernentibus ſalutem in Domino ſempiternam, notum *facimus* Univerſis tam preſentibus quam futuris *quod* nos qui divinum cultum non minui volumus ſed potius adaugeri noſtrum conſenſum ad altare in noſtra Eccleſia *Mindenſi* in laudem & honorem Omnipotentis Dei ejusque glorioſe virginis matris Marie & undecim millium virginum per honorabiles viros *Borchardum* dictum *Poſch* Prepoſitum ſancti Martini *Mindenſis* & *Woltherum* ipſius patruum militem conſtructum ipſorum precibus inclinati unanimi accedente conſenſu honorabilium virorum Prepoſiti Decani & Capituli noſtre *Mindenſis* Eccleſie adhibuimus & preſentibus adhibemus, quod quidem altare ijdem *Borchardus* & *Woltherus* de bonis ſuis ſcilicet curia cum molendino in *borſcolde* & curia in *Wellingehuſen* dotare cupientes a nobili comite *Adolpho de Schouwenborch* libere donante dictorum bonorum proprietatem impetrarunt,

Nos

Nos etiam proprietatem curie dicte to der horst in parochia *bille* site ad dictum altare contulimus dicti nostri capituli cum consensu, insuper est adjectum predictorum consensu accedente quod eidem altari clericus per eundem *Borchardum* Prepositum quamdiu supervixerit preficietur deinceps eo mortuo per Seniorem illius cognominis *Posch* canonici ejusdem Majoris Ecclesie de clerico eidem altari deservienti provideatur qui se ad ordinem sacerdocij faciat promoveri ad ampliandum cultum divinum Chorum Ecclesie nostre sepedicte frequentando & jure vicariorum sensebitur & alia circa Decanum & Capitulum ac Chorum faciet secundum quod alij vicarij faciunt & facere consueverunt, jus etiam patronatus predicti altaris nullo de progenie illius cognominis canonico amplius in dicta Ecclesia vivente ad Prepositum Ecclesie sancti Martini predicti qui pro tempore fuerit devolvetur & sic prelibatum altare jam actu constructum cum sacerdote Ecclesie nostre prenarrate incorporamus per presentes perpetuis temporibus duraturum. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri presentibus duximus apponendum, & nos Prepositus Decanus & Capitulum Ecclesie *Mindensis* predicta in premissorum omnium & consensus nostri evidens testimonium sigillum nostrum apponi fecimus huic Scripto. Datum anno Domini Millesimo tricentesimo tricesimo octavo ipso die beati Thome Apostoli.

21. Dec.

LXXXVII.

FUNDATIO ALTARIS BEATI MATHEI.

In nomine Sancte & individue Trinitatis Amen. *Lodewicus* Dei Gratia *Mindensis* Ecclesie Episcopus Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in quorum cognitionem hoc presens scriptum pervenerit salutem in Domino & perpetuam memoriam rei geste. Ne oblivio noverca memorie ea que ad perpetuam futurorum provisionem ordinantur fluxu temporis deleat humana providit ratio gestis hominum quibuslibet solempniter ordinatis in testimonium sequacibus per certa subvenire remedia. Noscat igitur tam *presencium* unanimitas quam futurorum successoria posteritas, quod cum *Wedekindus* perpetuus vicarius noster ac *Albertus famulus* fratres dicti de *Slon* felicem attendentes commutacionem esse temporalium in eterna proprieque saluti cupientes per pietatis opera salubriter providere, de nostro & capituli nostri majoris consensu altare quoddam in parte australi prelibate nostre Ecclesie ad honorem omnipotentis Dei & gloriose virginis Marie & beati Mathei Apostoli & Ewangeliste aspirante gratia divina edificando fundarent eidem altari ad sustentacionem presbiteri ipsum in divinis ministerijs & Officijs perpetualiter ex debito regenti predicti fratres de *Slon* decimam sitam in villa *Burlenissen* cum omnibus suis juribus utilitatibus & proventibus quam a *Rychardo* & *Borghardo* fratribus

di-

dictis de *Burleniſſen* & eorum veris heredibus emerunt in dotem perpetuis temporibus poſſidendam aſſignaverunt & donaverunt ad uſum dicti altaris & presbiteri ejus ſervitoris dictam decimam reſignantes propter Deum, nos igitur *Lodewicus* Epiſcopus prelibatus volentes libenter divinum cultum poſſe ampliare ad inſtantiam dictorum fratrum de *Slon* & maxime ob ſpem retribucionis illius qui dat celeſtia pro terrenis ad ejusdem & dicte beate virginis & Sancti Mathei Apoſtoli honorem & merita cum conſenſu honorabilium Dominorum Decani & Capituli dicte Eccleſie proprietatem dicte Decime in *Burleniſſen* cum omnibus ſuis utilitatibus fructibus & pertinencijs ac omni juris integritate eidem altari & ejus Rectori qui pro tempore fuerit donavimus & in hijs ſcriptis damus & conferimus perpetualiter poſſidendam, ut autem hec omnia locum obtineant & robur perpetue firmitatis, hec preſens inſtrumentum inde confectum noſtri ſigilli munimine fecimus communiri, ne autem ambiguitatis ſcrupulus ſuper dotacione altaris predicti & donacione ſeu aſſignacione decime prefate valeat impoſterum ſuboriri, nos predicti fratres *Wedekyndus* & *Albertus* dicti *de Slon* in teſtimonium noſtre donacionis & aſſignacionis ac dotacionis & in ſignum conſenſus & beneplaciti omnium heredum noſtrorum preſentem litteram noſtrorum ſigillorum robore duximus muniendum, adjectum eſt eciam quod nos *Lodewicus* Epiſcopus predictus & noſtri ſucceſſores ac Decanus ſepedicte Eccleſie & ſui ſucceſſores viciſſim dictum altare conferamus ita ta-

men quod dicti fratres *Wedekindus* ac *Albertus de Slon* temporibus vite sue idem altare liberam habeant potestatem conferendi, nos insuper *Gherardus de Schouwenborch* Gratia supradicta Decanus totumque Capitulum Ecclesie sepedicte unanimiter sub appensione nostri sigilli presentibus appensi ad omnia premissa nostrum consensum plenius adhibemus. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo tricesimo nono in crastino beati jacobi Apostoli.

26. Jul.

LXXXVIII.

PERMUTATIO CELEBRATA INTER RECTORES ALTARIVM LAURENCII ET DECEM MILIUM MARTIRUM.

Nos *Bruninghus* Prepositus *Gerhardus* Decanus totumque Capitulum majoris Ecclesie *Mindensis* publice protestamur & recognoscimus in hijs scriptis quod constitutus coram nobis discretus vir Dominus *Godefridus* dictus *Kense* rector altaris beati Laurencij nostre ecclesie perpetuus vicarius reliquit sub titulo permutationis de area sua sita juxta aream rectoris altaris beate Katherine nostre ecclesie prope muros civitatis *Mindensis* triginta & octo pedes mensurando in longitudine ac viginti & octo in latitudine partem una cum edificio super posito de nostro beneplacito & consensu discreto viro Dño *Ludgero* Rectori altaris sanctorum decem

cem millium Martirum ecclesie nostre perpetuo vicario ac ejus successoribus perpetuo possidendam ita videlicet ut in recompensam dicte partis aree idem Dominus *Ludgherus* de communibus redditibus sui altaris sive ejus successores dicto Domino *Godefrido* & ejus successoribus ut loco rei precium succedat annis singulis decem solidos Mindensium denariorum & legalium scilicet quinque solidos in festo pasche & residuos quinque in festo beati Michaelis perpetuo ministrabunt, presertim cum rationabilis causa id exposcat & patronorum consensus suorum tam libere quam legitime accesserit ad hoc ipsum & nichilominus uterque ipsorum condicionem sui beneficij dinoscatur facere meliorem, idcirco in predictorum testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Insuper etiam protestamur quod predictum edificium aree partis memorate idem Dominus *Ludgherus* a discreto viro Domino *Brunone* dicto *dycmaiger* nostro perpetuo vicario qui ipsum proprijs fecerat laboribus & expensis titulo emptionis pro estimato precio comparavit & ideo suum consensum liberum adhibuit antedictis, & nos *Gerardus Decanus* Ecclesie *Mindensis* prenotatus ac *Wedekindus* nobilis advocatus *de Monte* tanquam patroni legitimi in signum nostri beneplaciti & consensus ad premissa presens scriptum nostris etiam sigillis diligenter fecimus roborari. Datum Anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimo primo quinto Kalendas Septembris.

28. Aug.

 LXXXIX.

LXXXIX.

LITTERA CONSENSUS EPISCOPI SUPER CERTIS DEPUTATIS AD ALTARE SANCTI SILVESTRI IN ECCLESIA SANCTI JOHANNIS EVANGELISTE.

Nos *Lodewicus* Dei gratia Episcopus *Brunungus* Prepofitus *Gerardus* Decanus totumque Capitulum Ecclefie Mindenfis recognofcimus publice per prefentes, quod cum Dñi *Bruno de Stemwede* perpetuus Vicarius dicte Ecclefie Mindenfis *Lodewicus* plebanus in *Wedebin* & *Hinricus Knygge* presbiter teftamentarij Domini *Johannis* pie memorie quondam plebani in *Dilingen* noftre Mindenfis Dioc. pro Centum marcis Ofnaburgenfium denariorum ad dotem unius altaris fpecialiter deputatis relictis & legatis per teftatorem predictum bona infra fcripta fcilicet dimidium manfum in Campo Mindenfi extra valvam dictam *Halredor* a *Johanne* & *Criftiano* fratribus dictis *Symaringh* qui eum a nobis Epifcopo prefcripto pheudi titulo tenuerunt, Item fex agros juxta *Brulonem* a *Bartrade* dicta *Raymboltefche* quos *Herbertus* dictus de *Mandeslo* miles eciam a nobis Epifcopo prefcripto tenuit jure pheodi. Item tres agros in der *Luttiken marfch* a *Ghifelberto* cive Mindenfi fratre dicti Domini *Brunonis* quos a nobis *Bruningo* Prepofito prefcripto tenuit jure feodi. Item unum manfum liberum in *Stemmen* a *Volquino de Hasle* Cive Mindenfi. Item unum Campum dictum *Raymboldeffenkamp* in *Brulone* fitum gaudentem jure quo gau-

gaudent bona *Wichgravij* juste emptionis titulo comparassent prout in instrumentis inde confectis lucidius continetur ad dotem altaris consecrati in honorem beati *Silvestri* Pape siti in parte *Aquilonari* Ecclesie sancti Johannis Ewangeliste Mindensis nobis tamquam dictorum bonorum vel saltem aliquorum directis Dominis supplicavit humiliter & devote ut dictos contractus ratificare approbare confirmare appropriare sive directum dominium prout nos communiter aut quemlibet nostrum singulariter concernit dicta bona attribuere & assignare dicto altari libere dignaremur pure & simpliciter propter Deum in remedium nostrorum peccaminum & quorum interesse poterit aliorum Nos igitur attendentes quod divini cultus sunt undique augmentandi ac quod justis & honestis petitionibus est merito annuendum dictorum precibus inclinati prescripta bona cum omnibus suis pertinentijs in quantum Nos communiter vel quemlibet nostrum singulariter concernunt in honorem Domini nostri Jhesu Christi & sue Matris Marie pro dote dicti altaris beati Silvestri libertamus appropriamus offerimus donamus & tradimus per presentes quita & libera ab omni onere servitutis exceptis quatuordecim solidis denariorum in foro Mindensi legalium honestis viris Vicarijs dicte nostre Ecclesie de predictis sex agris juxta *brulonem* sitis a Rectore dicti altaris beati Silvestri qui pro tempore fuerit singulis annis in festo Michaelis perpetuo persolvendis ad habendum fruendum disponendum pro utilitate dicti altaris, & exinde Deo fideliter servien-

dum & devote orandum pro dicti testatoris nostris & omnium fidelium animabus quorum vel quarum interesse potuerit quoquo modo, dum tamen consensus providorum Dominorum Prepositi Decani tociusque Capituli dicte Ecclesie sancti Johannis ad id accessit sua sponte, Ceterum volumus & statuimus quod Prepositus dicte Ecclesie sancti Johannis qui pro tempore fuerit sit dicti altaris patronus ita quod quocienscunque ipsum vacare contigerit de eo intra tempus juris provideat ad hoc unum idoneum actu sacerdotem vel clericum qui intra primum annum a tempore provisionis sibi facte continue numerandum in sacerdotem valeat promoveri Decano & Capitulo Ecclesie sancti Johannis canonice presentando, qui quidem *presentatus* postquam dicto Decano obedienciam prestiterit mox per eundem Decanum ut vicarius instituetur & installabitur secundum consuetudinem dicte Ecclesie hactenus observatam, Idem vero sic institutus horis Canonicis sit in choro missas legat per se si sit sacerdos, si vero clericus, per alium, donec promoveatur in sacerdotem, hora tamen apta Decano & capitulo jam predictis, tempore vero cessus divinorum sive interdicti missas is vicarius clausis januis legat in choro sicut de alijs missis celebrandis inibi est consuetum. In quorum omnium premissorum testimonium sigilla nostra predictorum presentibus sunt appensa. Insuper & nos *Volcmarus* Prepositus *Gherardus* Decanus totumque capitulum dicte Ecclesie sancti Johannis Mindensis omnia & singula premissa prout ad nos spectant

com-

communiter vel divisim ratificamus approbamus & in omnibus consentimus quemadmodum sigillis nostris presentibus appositis pariter protestamur. Datum anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimo quinto in octava Ascensionis Domini.

12. Maji.

XC.

FUNDATIO VICARIE BEATI MICHAELIS IN PAROCHIALI ECCLESIA BERCHUSEN.

In nomine sancte & Individue Trinitatis amen. Universis Christi fidelibus presentibus & futuris Nos *Hinricus de Waldegghe* Dei gratia Prepositus & provisor Ecclesie *Mindensis* sede Episcopali vacante nec non *Gherardus de Schouwenborch* Decanus & Capitulum ibidem ac *Eghericus* dictus *Posch* Archidyaconus in *Osen* cupimus innotesci, quod negocium alias per virum discretum *Johannem* dictum *de Lerbeke* presbiterum Rectorem parochialis Ecclesie in *Barckusen* prope *Schouwenborch* instauratum & per Reverendum in Christo Patrem Dñum *Ludewicum* dicte Ecclesie nostre Episcopum pie memorie dum viveret approbatum auctorisatum nichilominus & admissum, sed morte eum preveniente nondum effectualiter consummatum, nunc vero eodem *Johanne* processum ejusdem negocij affectante & a nobis cum ingenti devocione ut effectum debitum sortiri valeat nostram auctorita-

tem

tem & officium dicta sede vacante cum instancia postulante videlicet ut in Ecclesia sua parochiali *Barkhusen* predicta unum altare pro augmento divini cultus erigere fundare & certis bonis & redditibus videlicet decem & octo jurnalibus terre arabilis & seminabilis a solucione decime absolutis, Item dimidio manso terre similiter seminabilis cum ejus area & casa dicta *Adeckwurt* in villa & in campis ville *Ostendorp* in parochia *Derbere* sitis cum eorumdem dimidij mansi case & agrorum jure & pertinencijs universis pleno jure possessionis & proprietatis per ipsum *Johannem* de suis proprijs facultatibus comparatis, Item pro mansione Rectoris ejusdem altaris in villa *Berchusen* unam petiam terre circa unum jurnale cum dimidio continentem de agris dotis matricis Ecclesie pro censu perpetuo competenti locatione irrevocabili una cum eisdem bonis perpetue possidendam dotare valeat interveniente consensu & voluntate spectabilis viri Domini *Adolphi* Comitis *Holtsacie* & in *Schouwenborch* Domine *Haylwigis* conthoralis sue dilecte & heredum suorum quorum consensus ad id merito requiri debebat absque prejudicio veri pastoris dicte Ecclesie parochialis & matricis in honore beati Michaelis archangeli & omnium angelorum consecrandum ita quod ipsum altare distinctum sit & esse debeat beneficium perpetuum uni persone idonee qui actu sit sacerdos vel infra annum possit & debeat in ordinem sacerdocij promoveri nunc per ipsum *Johannem* & deinde quoad vixerit, si eo vivente vacaverit & deinceps ipso *Johanne* de medio sublato

per

per patronum parochialis Ecclesie prefate quociens ipsum altare vacare contingerit conferendum, talisque Rector predictum altare suum officiabit quater in ebdomada ád minus missas ibidem debitis vicibus celebrando & in missis vigilijs horis & orationibus suis memoriam ipsius *Johannis* presbiteri progenitorum parentele benefactorum suorum & subsidium ad dotem & operam & ad consummationem ipsius altaris prestancium peragere teneatur, nec de parochia aut parochianis aut de hijs que ad curam & regimen ipsius Ecclesie parochialis *Berchusen* pertinent se nullatenus intromittet nisi per plebanum rogatus & specialiter requisitus vel nisi in necessitatis articulo in casibus a jure permissis pariter & concessis, Idem quoque Rector altaris oblaciones non recipiet, si tamen ei aliqua ad altare suum oblate fuerint vel devocionis causa donate ad ipsum altare deserviendo debebit plebano fideliter presentare, in festivitatibus etiam dum officia divina in dicta Ecclesia celebranda cum nota fuerint idem Rector altaris eidem plebano cooperabitur fideliter & assistet ut divina officia eo devocius & solempnius inibi peragantur & alias reverenciam eidem plebano absque detractione quam poterit exhibebit devotisque supplicacionibus grato occurrentes assensu fundationem dotationem dicti altaris & bonorum prefatorum pro dote eidem altari assignatorum & eorum incorporationem pro sustentacione Rectoris ipsius altaris factam que & nos presentibus incorporamus & approbamus eidem altari & omnia & singula premissa auctoritate

ordi-

ordinaria ad presens apud nos residente approbamus auctorisamus & presentis Scripti patrocinio communimus juribus Episcopalibus & Archidyaconi loci in omnibus & per omnia tamen salvis. Et pro testimonio eorum & omnium premissorum presens Scriptum nostris videlicet Prepositi Provisoris nec non Decani & Capituli Ecclesie Mindensis predicte ac *Eggberici* dicti *Posch* Archidyaconi loci nec non spectabilis viri Domini Adolphi Comitis *Holtsacie* & *Schowenborch* patroni parochialis Ecclesie *Berçhusen* sigillis extitit roboratum. Actum & Datum anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimo septimo ipso die beati Georgij Martiris. 23. April.

XCI.

FUNDACIO CAPELLE SANCTI HIERONYMI.

In nomine sancte & individue Trinitatis amen. *Hinricus de Waldegge* Prepositus & Provisor Episcopali sede vacante in spiritualibus & temporalibus Ecclesie *Mindensis* ac *Gherardus de Schowinborch* Decanus totumque capitulum ejusdem Ecclesie universis Christi fidelibus presentibus & futuris ad quorum cognitionem hoc presens Scriptum pervenerit salutem in Domino & perpetuam memoriam rei geste, ne oblivio noverca memorie ea que ad perpetuam futurorum provisionem ordinantur flu-

xu

xu temporis deleat humana providit ratio gestis hominum quibuslibet solempniter ordinatis in testimonium sequacibus per certa subvenire remedia Scripturarum, noscat igitur tam presencium unanimitas quam futurorum successoria posteritas quod cum *Wedekindus de Slon* in dicta Ecclesia perpetuus Episcopi pro tempore existentis vicarius felicem attendens commutacionem esse temporalium in eterna cupiensque proprie saluti per pietatis opera salubriter providere perpenderet quandam capellam in curia habitationis sue in honorem sancti *Jheronimi* constructam in nostre Ecclesie predicte emunitate tempore sitam ex antiquo eo, quod nullis sit bonis seu redditibus dotata exceptis redditibus octo solidorum Mindensium de bonis ut dicitur in *Echolte* annuatim ad luminaria ejusdem capelle deputatis dandis divino cultu plerumque & Rectore carere, ne labor & intencio bona circa dictam capellam frustrentur edificantis primi & fundantis ut finis ad quem edificata ut videtur existit adhuc sorciatur effectum eidem in sustentacionem presbiteri ipsam in divinis ministerijs & officijs cotidianis perpetualiter ex debito regentis idem *Wedekindus* curiam quandam ac unam casam sitas in *Melberghe* quas ipse quondam cum proprietate a Dominis Abbate & Conventu cenobij in *Lucka* sua propria comparavit pecunia cum omnibus suis juribus pertinencijs ac utilitatibus seu usufructibus quibuscunque capelle in dotem perpetuam ad usum dicte capelle & ejus Rectoris libera resignatione subsecuta propter Deum assignavit ipsam capellam in ho-

norem

norem omnipotentis Dei & beatissime Virginis Marie ac sancti Jheronimi predicti cum dicta curia & casa & suis pertinentijs ob spem retribucionis illius qui dat celestia pro terrenis dotando ut ipsa divino cultu amplius non fraudetur, dictus itaque *Wedekindus de Slon* quoad vixerit ac ejus in dicta curia successores Canonici dumtaxat Ecclesie nostre qui ipsam curiam ut suam possederint eandem capellam conferant ac collationem & jus patronatus in ipsam perpetuis temporibus obtinebunt, hanc gratiam etiam specialem dicto *Wedekindo* duximus unanimi consensu indulgendam, quod quicunque presbiter ejusdem capelle fuerit Rector a frequentatione chori omnino manebit supportatus, quem etiam a chori frequentatione presentibus ut ab hoc exemptum libertamus. Ne igitur ambiguitatis scrupulus super dotatione capelle predicte ac ejus collatione ac nostri consensus ad hoc adhibicione valeat imposterum suboriri & ut omnia & singula predicta robur perpetue obtineant firmitatis hoc presens Scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Et Ego *Wedekindus* supradictus in signum mee donacionis seu dotacionis sigillum meum presentibus apposui in evidenciam majorem premissorum. Actum & Datum anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimo septimo, decima nona die mensis Aprilis.

FINIS TOMI NONI.